

¶ Subtilis tractatus clarissimi. J. U. docto. dñi Alberti bruni Astensis.

¶ De forma & solẽnitate scdm Juristas aliqua etiã a theologis & philosophis tradita propter materie connexitatem continens.

¶ Qui in infrascriptos articulos dividitur.

Cum privilegio apostolico. Per decẽnium duraturo hic a tergo posito.

Leo papa decimus.

Dilecte fili salutē ⁊ apostolicā benedictionē. Cum sicut nobis exponi fecisti: tu nuper quosdam tractatus cōmunes ad vtrūq; ius materias diuersis in locis sparsas: ⁊ propterea multis incognitas continentes: non modo vtiles verum etiam necessarios in lucem destinaueris: ac proprijs sumptibus ⁊ expensis imprimēdos curaueris: ⁊ in illis imprimendis non paruam pecunie summam solus vel cum collegis exposueris seu expositurus sis: veniasq; hoc ideo ab omnibus christi fidelibus laudandus. Cum pro viribus omnibus consulere quantum tue vires possunt intendas. Et ne forte alij premium laborū tuorum cum iactura tua reportent: ⁊ tractatus huiusmodi imprimere: ⁊ illorū volumina sic impressa vēdere p̄sumant: ⁊ tu aliquo incōmodo ⁊ iactura afficiaris. Et vt ex impressionis iam forsitan tua opera ⁊ impensa insolidum vel instūptis collegis facte seu faciende condignam mercedem percipere valeas: quandoquidem fabrice ecclesie domus ⁊ illius conuentus fratrū beate Marie de monte Carmello ciuitatis Asteñ. ex perceptione lucri huiusmodi subuenire pro tui arbitrio: ac anime tue saluti prouidere intendas. Et ob hoc nobis humiliter supplicari feceris: vt priuilegium concedere ac prouidere dignaremur: quod nullus preter te ⁊ contra tui voluntatem ipsos tractatus seu libros imprimere vel imprimi facere presumat. Propterea tuis supplicationibus inclinati: volētes tue ac dicte ecclesie beate Marie vtilitati cōsulere: motu proprio ⁊ de apostolice sedis potestatis plenitudine inhibemus omnibus ⁊ singulis librorum impressoribus: ac alijs quibusuis personis cuiuscūq; dignitatis status: gradus: ordinis: condictionis preeminentie seu prelature fuerint: tam vltra q̄ citra montes quomodolibet consisteñ. Ne opus seu tractatus huiusmodi sic per te editos ⁊ tua impensa insolidum vel instūptis collegis impressos: vel in futurum imprimendos quouis in loco imprimere seu imprimi facere: aut temerarie imprimentibus ⁊ imprimi facientibus consilium: auxiliū: vel fauorem quouis modo prestare directe vel indirecte sine tuo speciali mandato aut voluntate audeant vel presumant: sub excōmunicationis late sententie ac confiscationis quorūcūq; librorum seu tractatuum imprimendorum penis. Et nihilominus omnibus ⁊ singulis Patriarchis: Archiepiscopis: Episcopis: Abbatibus: Prioribus: Archipresbyteris: Decanis ⁊ alijs in dignitate ecclesiastica constitutis personis vbicūq; locorū cōmorantibus: ⁊ maxime ordinis Carmelitani conseruatoribus ⁊ subconseruatoribus vbicūq; existeñ. Harum serie mandamus: quatenus in euentum predictum ad omnem tuam seu procuratoris tui ad id a te speciale mandatum habentis requisitionem: omnibus ⁊ singulis qui contra indulti huiusmodi tenorem: ⁊ preter ⁊ contra voluntatem ⁊ mandatum tuū tractatus huiusmodi forsan imprimi facere: seu eis auxilium vel consilium in sic imprimendo concesserint ⁊ prestiterint: eadē apostolica auctoritate pro excōmunicatis publice denuncient ⁊ declarent: quatenus expediat ad eandem tuam seu procuratoris tui huiusmodi instantiā contra omnes ⁊ singulos prefatos ad vlteriores censuras illas iteratis vicibus aggrauando ⁊ reaggrauando. Cum inuocatione etiam brachij secularis eadem nostra auctoritate procedant. Necnō eosdem ⁊ contrauentores ⁊ tractatuum impressores ad solutionem penarum per eos incursarum vel incurrendarum censuris ⁊ penis antedictis ac alijs remedijs oportunis cogant ⁊ compellant. Non obstañ. constitu. feli. recor. Bonifacij pape. viij. predecessoris nostri. qua cauetur ne quis extra suam ciuitatē vel diocesim: nisi in certis exceptis casibus. ⁊ in illis vltra vnam dietam ad iudicium euocetur: seu ne iudices ab eadem sede deputati ꝯtra quoscūq; procedere: aut alij vel alijs vices suas cōmittere presumant: ⁊ de duabus dietis in Concilio generali editis. ac alijs apostolicis constitutionibus ⁊ ordinationibus ceterisq; contrarijs quibuscūq;. Aut si impressoribus seu imprimi facientibus ⁊ forsan vendentibus tractatus huiusmodi contra nostram prohibitionem huiusmodi: aut illis consilium: auxiliū: ⁊ fauorem prestantibus: aut quibusuis alijs cōmuniter vel diuisim a dicta sit sede indultum vel indulgendum: q̄ interdici: suspendi vel excōmunicari: aut extra vel vltra certa loca ad iudicium trahi non possint per litteras apostolicas non facientes plenam ⁊ expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionē. Volumus tamen q̄ ordinarius loci huiusmodi impressionem approbare. ac indultum huiusmodi ad decem annos durare debeat.

Datum Rome apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die secunda aprilis. M.CCCCCXVIII. Pontificatus nostri anno sexto.

Euangelista.

Dilecto filio Alberto Bruno laico ciui Asteñ. V. I. doctori.

Considerati mihi Alberto Bruno eos qui lex animata sunt in terris: iusticie ⁊ soluendarum iuris nodositatum se curam habere hactenus nō ostendisse: morisq; esse vt hi qui noua volumina in lucem emittunt illa cuipiam dicare studeant. Ad te sacratissimam virginem Mariam Dei genitricem: gratia plenam: ⁊ humani generis indefessam protectricē confugiendum putaui: tue maiestatis laudi hunc tractatum: ⁊ quosuis labores meos dicando. Ad cuius preces Deus optimus (in cuius manu principum corda sunt) vel per ora principum aut iureconsultorum quos elegerit iuris tenebras facile tollet. Vade igitur mi tractatus liber vtināq; nominis tui presagia diuino auxilio ac ipsius gloriosissime virginis Marie precibus ⁊ gratia accedentibus: iuri nostro hac etate afferre valeas.

In nomine indiuidue trinitatis Redemptoris ꝙ nostri Crucifixi ⁊ Gloriosissime Uirginis Marie eius matris totius ꝙ celestis curie triumphantis. Dicitur de forma ⁊ solemnitate prout in iure considerantur ⁊ effectum habēt ego Albertus Brunus. J. U. do. Astensis pmitto.

De essentialibus substantialibus naturalibus ⁊ accidentalibus rerum.

Premitto ꝙ ad vniuscuiusqꝫ vel productionē requiruntur causa efficiēs causa materialis causa formalis ⁊ causa finalis ⁊ ista sunt decernentia proprios seu primos effectus ita ꝙ nisi ista concurrāt actu vel aptitudine non possit res in esse produci declarando vt per Bald. in. l. cunctos populos secunda colum. C. de sūm. tri. ⁊ in. l. solam tertia ⁊ quarta col. C. de testi. ⁊ in. l. testium quarta colum. eodē titulo ⁊ in Rubrica. C. de rescin. ven. ⁊ aliqua dicam in fine horum euidentialium ⁊ in fine sequen. articuli ⁊ alibi deo dante dicere spero.

Preludia — *Cā efficiēs materialis formalis ⁊ finalis ad eē rei requirunt*

Item premitto ꝙ habemus substantialitatem necnon substantiale formam solemnitatem naturam ⁊ accidens que omnia differunt. Est autem substantialitas secundum Bal. in repe. l. prime in tertia colum. versi. nunc venio ad questiones. C. de sacrosan. eccle. ipsa intrinseca rei subsistentia ⁊ in dispositionibus est ipsamet dispositio rei enī substantiā est ipsa res seu ipsius rei essentia facit. l. obligationum substantia in principio. ff. de act. ⁊ obliga. vbi substantia obligationis sumitur pro ipsamet obligatione ⁊ glo. ibi exponit substantiā obligationis scilicet esse proficiscens a contractu vel quasi aut alio actu productiuo obligationis quod autē gl. ibi dicit naturam esse de substantia infra declarabo an verū sit. Substantialia autē dispositiōis vel actus ⁊ rei in iure ea appellantur sine quibus dispositio vel res esse nō potest aut valere vt infra dicam siue sint de materia siue de solemnitate ⁊ forma siue aliter prout declarat Bal. in. l. pacta ꝯuenta quā legit cū. l. iurisgētiū in. j. col. ff. de pact. ⁊ in. l. prolatam in secunda colum. in fi. versi. quero si statutum. C. de senten. ⁊ dixit Ang. in. l. prima. ff. de vsufru. ꝙ illa dicuntur substātialia que rem existentem in sola potentia deducunt in esse perfecto qđ etiam fuit de mente glo. ⁊ Bald. ibidem de quibus substantialibus latius dicam etiam in fine horum ꝑludiorum ⁊ de hac substātia deo duce alibi plenius dicere cogitaui qꝫ etiam ad legum interpretationem necessaria est.

Nota ista — *Substantia* — *substātialia*

Secundo habemus formam que est modus sm quē aliquid fit aut fieri debet vt dixit Bald. in rub. ff. de iusti. ⁊ iu. in secunda colum. hinc heredis institutio est testamēti forma. §. ante heredes insti. de lega. §. primo insti. de fideicom. §. codicillus insti. de codicil. l. pen. ff. de his que te. delen. ⁊ l. fi. ff. de iur. codi. l. nemo. ff. de testa. tu. l. eam quā. C. de fideicommis. sic ꝙ vltime voluntates fiant vno contextu est de forma earum. l. cum antiquitas. C. de testa. l. heredes palam. §. fi. ff. de testa. sic etiam ex interrogatione precedente ⁊ promissione subsequente formatur stipulatio. l. quinta §. stipulatio ⁊. l. prima in principio ⁊. §. primo cum duobus sequen. ff. de verbo. obliga. insti. eo. in princip. sic ⁊ conuētio precii in pecunia numerata est forma venditionis ⁊ locationis. §. precium insti. de empt. ⁊ vendi. ⁊. ff. eo. l. secunda ⁊. C. eod. l. fi. ⁊ insti. loca. in princip. ⁊. l. prima. §. si quis summi. ff. depo. ⁊. l. naturalis. §. at cum do. ff. de prescrip. ver. ⁊ plura alia figurari possent exempla que breuitatis gratia omittā ⁊ de his ⁊ veritate horū latius dicetur. j. sub rubrica de diffinitione forme ⁊ sub rub. seq. quottuplex sit forma.

Tertio habemus solemnitatem que est modus secundum quem actus solemniter fit hinc dixit Bald. in. l. etiam in prima colū. versi. ⁊ quia quotidie. C. de exe. rei iudi. ꝙ substantia est qua primum res est natura qua primū res talis est solemnitas qua primū res solemnis est. Et substantia ponit rem in quiditate natura in qualitate ⁊ differentia ⁊ solemnitas est quidam modus circa ipsa vt testes in testamento ⁊ eorum rogitus licet Ange. in consi. xxxvi. incip. pro decisione quesitorū dicat ꝙ quedā est solemnitas essentialis que requiritur ad essentiam vt precium seu merces ⁊ res in venditione ⁊ locatione heredis institutio in testamēto quedam formalis que licet conferat ad essentiam ideo ꝙ sine ea actus valere non possit tamen habet se per modum ad extra vt eius verbis vtar nec ea deficiente deficit intrinsecum sicut materia cum sua prima ⁊ rudi forma. nam licet trāsigi non possit super alimentis sine decreto pretoris tamen non interueniente decreto non desinit esse transactio lꝫ non valeat que omnia ne in preambulis tractatum implicando confusio insurgat infra declaranda reseruabo ⁊ possunt videri que dicit Bal. in rubri. C. de rescin. ven. vbi dicit que sit substantia rei tam in materia ꝙ̄ in forma ⁊ solemnitate legali statutaria seu consuetudinaria ꝙ̄ in finali cā ⁊ efficienti.

solēnitas.

Quarto habemus naturam que quantum ad propositum nostrum est cuiuscunqꝫ rei primordium ꝑ quam vnum quodqꝫ hꝫ suum proprium esse secundū Bal. in. l. prima. §. libertatibus. C. de cadu. tol. vel aliter est virtus producta a propria spē actus subiecti prout dicit Bal. in rubrica in princip. C. cōmo. prout est calefactio in igne risibilitas in homine ⁊c. ⁊ dicit Bal. in prelu. feu. i quarta diuisione ꝙ natura nihil aliud est ꝙ̄ qualitas innata a principio generationis ex qua virtus contractus proficiscitur ⁊ semꝑ inesse videtur nisi per pactū improprietur vt in. c. primo in titulo de feu. non ha. propri. na. feu. ⁊ in. c. primo in. §. preterea in titu. quid sit inue. Item secundum ipsum Bal. in. l. j. in tertia colū. versic. sed statim quero. C. de senten. que pro eo qđ interest natura est ipsarum rerum vis ac potestas seu proprietas sicut dicimus ꝙ propriū ⁊ naturale hominis est risibilitas lꝫ secundum eum ibi natura in casu illius. l. aliter sumatur scilicet pro eo cuius natura est commensurabilis ad aliud vt rei ad precium ⁊ vsus rei ad pensionē ⁊ sic de similibus ⁊ vt preditū secundum Bal. in. l. etiam in pria colū. C. de execu. rei iud. substantia est qua primū res est natura qua primum res talis est solemnitas qua primum res solēnis est ⁊ substantia ponit rem in quiditate natura in qualitate ⁊ differentia ⁊ solemnitas est quidam modus circa ipsa. Et ideo ipse Bal. i. d. l. pacta ꝯuenta in. j. col. quā legit cū. l. iurisgē. ⁊ post eum ibi plenius Ange. in. §. adeo in prima colū. ff. de pact. quedam pacta dicuntur substātialia siue essentialia que tangunt id quod habet ipsum contractum substantiare ⁊ dare sibi esse sicut in contractu emptionis ⁊ venditionis sunt res ⁊ precium quedam dicuntur naturalia que a cōtractu inferuntur sicut est euictio. l. non dubitatur. C. de eui. ⁊. l. secūda. e. ti. cū ibi notatis. Item de natura tutelle est vt veniant vsure toto titulo. C. ꝺ vsur. pu. sic de natura dotis est vt reddatur iuxta dispositionē. §. exactio. C. de rei vx. act. vnde nō bene dixit Signoro. in consi. lj. incip. statuto medicorum dū vult ꝙ quandocunqꝫ immutatur aliquid qđ est assumptum in naturam ꝙ videatur immutari vel omitti forma rei per. l. si vnus. §. qđ in specie. ff. de pact. ibi antique forme redditur quia forma ibi pro natura pōitur per predicta ⁊ dicam infra de qua natura quid sit sm phos ⁊ an sit forma vel materia ⁊ multa de illa per phm secundo phisi. in prin. ⁊. §. primo ⁊. §. est igitur natura vbi late per cōmen. ⁊ per Burleum in prohemio pmi phisi. ⁊ per Nico. in prin. secundi operis ⁊. j. per discursum ⁊ insti. de iure na. gen. ⁊ ci. in prin. cum glo. j. nā aliud est ipsa natura aliud esse de natura rei.

Natura.

Quedā dicunē accidētalia que non ꝯtingunt naturā ꝯtctus sed sunt extranea ⁊ separata vt si appōatur pactum inter emptorem ⁊ venditorem de eundo romam. nā hoc pactum nisi fuisset appositum non includebatur nec veniebat virtute contractus cum nec principaliter nec consecutiue venditio ad hec sit ordinata sed vt preciū rei prestetur venditori ⁊ res emptori tradatur aut euictio prestetur. l. ex empto. ⁊. l. si quis alienam. ff. de act. emp. ⁊. d. l. secunda ⁊. l. non dubitatur ac per discursum titulorum. ff. ⁊. C. de euict. ꝺ quibus accidētalibus dicā in col. seq. ver. hēmus quinto ⁊ dixit Bald. in. l. in vendentis in secūda col. C. de ꝯhen. empt. in versi. Item scias ꝙ in ꝯtctu emptionis reperiuntur tria vocabula, vnum qđ appellatur substantia que est radix originalis ipsius ꝯtctus ⁊ consistit in tribus scilicet re precio ⁊ cōsensu aliud appellat natura qđ est extensio illius radicis ex meraqualitate product aliud appellatur accidens qđ ē forma

Accidentalia.

q̄dam superaddita supra substantiam z naturam ex aliquo speciali modo vel pacto que forma potest esse z abesse sine substantiali transmutatione subiecti allegat que habentur in.l.pacta conuenta.ff. de contrahen.emptio. vbi est plena glos.est ergo natura quod est a principio connexum z non per accidens subsequutum vt ex predictis apparet.

¶ Hinc dixit Bald.in.l.prima tertia colũ.secunda questione in fin.C.pro soci.q natura nil aliud est nisi quedam dispositio quam lex vel consuetudo disposuit seu introduxit super contractu per.l.si vnus.§.pactus versicu.quod in specie.ff.de pactis ita q natura tanquam quoddam intrinsecũ omnibus contractibus insit vt ibi per Bald.z q inducatur natura etiam per consuetudinem in lege consuetudinaria vt in tit.de natu.feu.c.j.in princ.z in plu.feu.l.iiij.diuisiõe.

¶ Et aduerte q glo.iij.in.d.l.pacta ɔuẽta appellat naturã adminiculũ actus z in iure nostro ex legis artificio sunt nãe introducte vt dicit Bal.in.l.si vnus.§.pactus ne peteret.vẽ. qd in spẽ in.j.col.ff.de pact.z in rub.C.de ɔtrahen.emp.in.xij. q.z Bal.in.l.j.§.libertatibus.C.de cadu.tol.ex pdictis z nõtis in locis pallegatis satis pcipi põt quid sit nã quantum ad ppositum nostrum z q̄ sit necessariũ pdicta intelligere z de ipsius nature effectu non est congruum hic attingere.

Accidẽtia.

¶ Habemus quinto accidentia seu accidentalia q̄ vt dixi p̃xime tractando de nã sunt quedã forma supaddita supra substantiam z naturã ex aliquo spãli mõ vel causa seu casu z põt esse z abesse sine substãtiali transmutatione vt in.d.l.pacta conuenta.ff.de ɔtrahen.emp.cum ibi notatis p glo.z.l.iuregẽtium.§.adeo cum seq. iunctis ibi notatis.ff.de pact.ita dixit Bal.in.d.l.in vendentis in secunda col.in vers.Itẽ scias.C.de ɔtrahen.emptio.subdẽs ibi in.iiij.qõne tñ.q illud qd aduenit rei substãtiande dr substantia seu forma substantialis z illud qd aduenit rei substantiate dr accidẽs qd plenius tangam in mã forme in diuisionibus forme. Hinc dixit Bal.in d.l.iuregentiũ.§.pacta ɔuenta in prin.cõmen.z post euz ibi pulchre Ang.in.§.adeo q accidentalia nõ ɔtingunt naturã ɔctus sed sunt extranea z sepata nec includuntur virtute ɔctus principaliter seu cõsequutiue vt si fiat iuxta ɔctũ emptionis pactum de eundo romam vt pdixi faciunt que dixit Bal.in rub.C.cõmo.in.j.col.vbi dixit q in ɔctibus quedaz veniunt nãliter quedã accidentaliter z ea que veniunt accidentaliter ɔtingunt ex triplici radice.nam aut veniunt rõne culpe vt in.l.si vt certo.§.fi.ff.cõmo.aut rõne more.l.ratio.§.fi.ff.d act.emp.iũctis notatis plene in.l.vinuz.ff.si cer.pe.aut rõne pacti seu cõuẽtiõis apposite supra naturã ɔctus z h dicit respicere plura mẽbra vt ibi per eum z gl.iij. in.d.l.pacta ɔuenta appellat accidentalia vt dixi ẽt.d.adminicula ɔctus z glo.magna ibi appellat ea accidentalia ɔctus q̄ sunt ab eo extnea z illi nõ attingentia.Ex his verificatur conclusio Bar.in.l.prolatam.C.de sen.z inter.scilicet q ea que necessario non exiguntur ad essentiam z validitatem actus si nõ sunt naturalia sunt accidẽtalia z iõ leuis solẽnitas que omissa non viciat actum vt.j.dicam dicet solẽnitas accidentalis eo q põt esse z abesse preter subiecti corruptionẽ p pdicta z infra plenius dicã z lz lex nõ hẽat leuem solẽnitatem p extranea z non attingenti non tamẽ desinit esse accidẽtalis eo q non est necessaria z non est de natura iuxta nota per Bar.in d.l.prolatam aliquid ergo est accidẽtale tum q extraneuz z non attingens tum q leue z de bene esse z si diceremus put dicit phi.iij.topi.z.v.meta. illud dici simpliciter accidens qd põt esse z abesse pter subiecti corruptionẽ opporteret dicere q naturalia essent accidẽtalia in iure nostro q possunt esse pter subiectu corruptionẽ vt videmus in euictiõe.l.si fundum sciens.C.de euict.z.l.rẽ alienã.ff.de ɔtrẽ.empt.z.l.emptorem.§.fi.ff.de act.empt.iunctis notatis in.d.l.pacta conuenta z in.d.§.adeo cũ seq.vnde prima descriptio in iure nostro est tutior.Facit qd dicimus de feudo non habente propriam naturã feudi z lz supra dixerim q accidentalia sunt q̄dã forma superaddita posset ɔ hoc adduci dictum Bal.i.l.j.in antepe.col.versi.extra queritur.C.qui.admit. vbi dicit q illud qd est variabile z non pñtum non dẽ de forma sed sic est q accidens potest esse z abesse salua rei substantia ergo non potest appellari forma Rñ.q accidens nõ est de forma intrinseca actus sed bene illum informat vt declaratur in.d.l.pacta ɔuenta z in.d.l.iuregẽtium.§.adeo cum sequẽ.ff.de pact.ideo appellari esse quãdã formam supadditam z clari⁹ hoc declarabitur ex his que dicaz.j.in propria materia forme circa illam materiam qñ aliqd censeat traditum p forma vbi tangã qño aliquid dicatur de forma.

Que d predictis dicitur sbalia.

¶ Superest primo q̄ ad destinatã materiaz condescendã singulariter attingere que de predictis dicant substantialia.cũ differant substãtia z substãtialia vt dixi.ɔ.e.in princi.qñ ad infra dicẽdorum intellectũ hoc scire necessarium puto z fm glo.in.d.l.pacta ɔuẽta.ff.de ɔtrahen.emp.substãtialia dñr illa sine quibus actus ɔsistere nõ põt aut valere vt est preciuz z res in vẽditione ac ɔsensus.l.nec emptio.ff.de ɔtrahen.emp.z l.ij.z.iij.C.eo.z.§.precium z.§.itẽ preciũ insti.de empti.z vẽ.z dicit Bar.in.d.l.prolatam z ibi alij.C.de sen.z in tit.om.iud.q ea dicũtur esse substãtialia quibus cessantibus res eẽ non põt.d.l.pacta conuenta z vt alias dixi secundum Bal.in.d.l.iuregentium.§.pacta conuenta in q̃rta col. z Ange.ibi in.§.adeo substãtialia dicuntur que tangunt id qd habet substantiare ɔctum z dare sibi esse habetur in.c.tua nos vbi tex.cum gl.fi.z in.c.tue fraternitati de sponsa.vbi in matrimõio z in baptismate in.c.j.de baptis.Facit qd dixi supra in principio.fm Bal.in repe.l.j.in tertia col.C.de sac.san.ecc.declarãdo quid sit substãtialitas z qd dixit Joã.de Imol.in l.si is qui in prin.cõmẽ.ff.de testa.z Pau.de ca.in.d.l.platã z in.l.j.in prin.cõmẽ.ff.de leg.vbi dicit q ea q̄ sunt substãtialia nisi oia ɔcurrant non tz actus z q̄ sit qualitas substantialis plene dico in tract.de augumẽto l.iij.ɔclusione prin.secunda carta z ad ibi dicta me remitto ea autẽ que possunt esse z abesse pter subiecti corruptionẽ dicit apte nõ esse substãtialia z hñ.Ex his necessario ɔcludit q accidẽtia nõ sunt substãtialia eo q sine eis actus subsistere põt iuxta pdicta z pz ex notatis p glo. hoc expsse dicentẽ in.d.l.pacta ɔuẽta z p nota p bal.l.d.l.quã legit cũ.d.l.iurisgẽtium pacta ɔuẽta in prima col.z per doct.in.d.l.prolatam iunctis his que dixit idem Bal.in.d.l.in vendentis in secunda col.versi.item scias cuz aliis iuribus supra allegatis z q Bal.in.d.l.in vẽdentis in quarta questione in fin.dicit q illud qd aduenit rei substantiate dr accidens z non substantiale intellige vt dixi supra in materia accidentium nisi tale adueniens rei substãtiate sit tale vt omissum habeat viciare actum iuxta nota p Bal.in.l.vniuersa.C.de preci.impe.of.z Ang.in.d.consil.xxxvj.in prima col.lz ɔɔe.quem refert Jo.de Imol.in.c.cũm in antepe.col.de elec.in.vj.teneat illa dici de substantia actus que cõtemporanea cum actu introducendo concurrunt non que post actum originatum interueniunt per.l.cũ hij.§.si pretor.ff.de transac.z.l.fulcinius.§.quid sit latitare ff.et qui.cau.in pos.ea.z pñt esse casum in.c.cum terra de elect.z in.l.vniuersa.C.de preci.imper.of.Sed aduerte q aliq differunt esse de substantia z bene dicit ɔeɔe.z esse substantiale capiendo substantiam qua primum res est.Ex quo infero q quedam est substantialitas primordialis z originalis q̄ nisi a principio z in primordio adsit res non subsistit vt est videre in emptiõe de re precio z consensu quedam est effectualis que aducant rei iaz substantiate que si deficiat actus effectum habere non potest vt in.d.l.vniuersa per Bald.z per Ange.in consilio preallegato z infra plenius dicam in materia forme in eius diuisionibus.Item in his que tractu tẽporis perficiuntur quedam substantialia sunt ordinata ad inchoandum quedam ad prosequendum quedam ad finiendũ vt videmus in iudicio ex notatis in.d.l.prolatam z his que dixit Alexan.in.l.cum fundus in principio.ff.si certum pe.post Bart.in.l.amplius non peti.ff.rem ra.habe.z vide omnino quod dicit Bald.in rubrica de re.diuin.in pen.colũ.Sed an naturalia dicantur substantialia z quidam dixerunt q sic prout dicit gl.in.d.l.pacta conuẽta p.l.iurisgentiũ.§.idẽ scio.ff.de pact.z pbat q de nã venditionis est vt dominium rei transferatur in emptorem si vendens sit dominus vel vsucapiendi condictio si non sit dñs vt est tex.in.l.ex empto.in prin.et.§.primo.ff.de contrahen.emp.z in.l.clausu⁹ eod.titu.z.§.vendite insti.de rerum diui.z.l.cũ res.C.de pba.z.l.si ager cum similibus.ff.de rei ven.Et si in contrariũ ageretur scilicet q dominium rei vendite non transfereret in emptiorẽ certe non esset cõtractus venditiõis vt est tex.in.l.cum manu fata.§.fi.ff.de contrahen.emptio.z declarat Bal.in rubrica.C.de contrahen.empt.z in.c.primo.§.hoc autem de succes.feu.z sic negari non potest quin ea que sunt de natura sint substantialia q abesse non possunt preter subiecti corruptionem.Et hoc fortius pcedit q qd veniat dominiũ non est de substantia venditionis cum absq dominio

tencat

teneat venditio. l. ſi ita. §. primo iunctis hijs que habẽtur in l. cum venditionis. ff. de contrahen. empti. ⁊ d. l. clauibus ⁊ l. rẽ alienam eo. titul. ⁊ l. alienatio. ff. de verbo. signi. in facit etiam qd dicit Bal. in. l. pacta nouiſſima in tertia col. C. de pact. dum loquitur de reſeruatiõe contra naturam actus vt non teneat iuxta. c. cum. M. ferrarieñ. de consti. ⁊ q: glo. in. d. l. pacta conuenta non vult vt natura dicatur ſubſtãtialis ſeu de ſubſtantialibus adeo vt gl. tertia ibi dicat naturã eſſe de adminiculis actus pro quo facit q: licet euictio ſit de natura actus vt alias probaui tamen poteſt abeſſe preter ſubiecti corruptionem. l. emptorem. §. fi. ff. de act. emp. tamen pro ſuſtentatione veritatis dicerẽ aliqua naturalia eſſe de ſubſtantialibus eo quia ſi alterentur lex vult actum alterari vt predixi aliqua vero non ſunt de ſubſtantialibus quoniaʒ ẽt ſi alterentur non alteratur actus ⁊ ita intelligo tex. in. d. l. iuriſgentiuʒ. §. adeo nec eſt iudicio meo indiſtincte dicendum q naturalia non ſint ſubſtantialia.

¶ Quid autem in forma ⁊ ſolemnitate an dicantur ſubſtantiales ſeu de ſubſtãtialibus dicet. j. in duobus articulis ſeq. ⁊ large in proxime ſequenti dum tangam de leui ſolemnitate reliq per breuiẽſeʒ l reper. in verbo forma in fin. ⁊ Fely. in c. cum dilectis verſi. quartum ſignuʒ in fi. de reſcrip. Et circa materiam licet pateat ad ſenſuʒ q ſit ſubſtantialis hoc vult Bal. in. l. non codicillum. C. de teſta. tex. ⁊ doct. poſt glo. fi. l c. tua nos de ſponſa. ⁊ patet ex dicendis. j. eo. ſub rubrica de conuenientia inter materiam ⁊ formã vbi multa dicã de materia ſeu de cauſa materiali acẽt. j. circa finem ſequentis articuli ⁊ ibi tradaʒ quottupliciter ſm iura ⁊ naturales conſiderẽtur ⁊ ſumãtur tam materia ꝙ forma. Cum cã efficiens materialis formalis ⁊ finalis mĩ iplicitur apud nos ⁊ eos ſumatur ⁊ conſideretur ⁊ q: de cauſa efficienti quottupliciter ſumat ibi forte nõ dicã. Hic pro intellectu predictoruʒ premittam vnde prout declarat Burleus ſuper ſecundo phiſi. iij. trac. c. primo quarta parte. Cã efficiens dr multipliciter: vʒ proprie ⁊ metaphorice efficiens metaphorice eſt idem qd finis ⁊ eſt illud propter quod agens agit efficiẽs proprie eſt efficiens ſtatuendo finem vel illud qd eſt medium ad fineʒ ⁊ ſic conſiliator dr eſſe efficiens aut eſt efficiens operando ⁊ hoc dupliciter quoniam aut applicat actiuum paſſiuo ⁊ ſic illud qd applicat ignem domui dr comburere domũ. Et ſic medicus eſt cauſa efficiens ſanitatis aut operando circa materiam ⁊ tunc aut diſponit materiam ⁊ ſic ſemen maſculi dr eſſe cauſa efficiens prolis aut inducit formam ⁊ ſic deus dr eſſe cauſa efficiens ſupponẽdo q natura itellectiua ſit a deo vt in cle. pria de ſum. trini. ⁊ fi. catho. de quo latius in fi. ſeq. articuli dicetur.

Cã efficiẽs qd ⁊ quotuplex ſit ſm phos

Itẽ cã finalis ſimiliter eſt multiplex ſcilicet finis euentus ⁊ finis intentus finis euẽtus poteſt eſſe malus ⁊ apparere malus. Et finis intentus poteſt eſſe duplex ſcilicet finis generationis ⁊ rei generate finis generationis eſt forma. Et finis rei generate eſt duplex. Quidã ſcilicet intentione primaria ⁊ quidam ſecundaria ⁊ vterqꝫ duplex: vʒ qd ⁊ quo: nam ſecundum primariam intentionẽ qd eſt ipſe deus ⁊ quo eſt finitio ſeu viſio dei ſecunda vero intẽtione quo eſt habitus virtutis qd ipſum operari ⁊ ſecundum cõmen. ſecundo phiſi. c. primo tertio tractatu quarta parte i fi. finis in naturalibus ⁊ volũtariis eſt bonum intentum per illa que fuerint ante ipſum finem vt cõmunis rebus volũtariis ⁊ naturalibus. Et finis eſt vltimũ nobile ⁊ forma tũc ẽ finis q: vltimũ in generatione ⁊ dicitur vltimum q: eſt prima quies ad quã veniunt generata ⁊ motus generatiõis poſt qd venit mors que proprie non eſt finis ſed dicitur vltimũ vt traditur ſecundo phiſi. tertio tract. primo capitulo tertia parte. Et ſecundum Burleuʒ ibi poſt phm vʒ in quarta parte prime partis principalis tertio tract. gl. pen. finis dr dupliciter primo q: forma eſt finis materie. Et illud ad quod peruenit res eſt finis rei ⁊ ſecundum hoc dicimus q homo eſt finis reruʒ cauſatarum pp ipſum ⁊ ſic nos ſumus finis rerum artificialium Alio modo dr finis ille cuius eſt res pp quaʒ res ſit ſic q aliter non fieret ⁊ vteretur vnde ſumus finis omnium artificialium quia ſiunt vt eis vtamur ⁊ illas habeamus reliqua de fine dicentur in articulo ſeq. in vltimis chartis ⁊ dicitur ſecũdo phiſi. in quarta parte primi capituli q finis ẽ cã aliarum cãrum ⁊ nobilior. Et ibi ẽt dico q cã efficiẽs eſt quadruplex ſm phos vʒ perficiens diſponens adiuuans ⁊ conſilians.

Finis ⁊ cauſa final' qd ⁊ quottuplex ſit ſecundũ phos

¶ Item cã efficiens dicitur dupliciter poſitiue ⁊ priuatiue poſitiue applicando ſuam virtutem ad aliquod opus ſeu factum vt in faciendo nauem opere ſubmergi priuatiue q: gubernator nauis ſtãs abſens non agit ad ſalutem nauis quod innatum eſt facere. Et hec eſt longa materia que diſtinguit inter omittẽtem facere quod debet vel dolo vel lata culpa vel leui vel leuiſſima quam late examinat Bart. in. l. qd nerua. ff. depoſi. ⁊ Bald. in. l. que fortuitis. C. de pigno. act. ⁊ in qua contingit tãgi q culpa ordinata ad caſuʒ non excuſetur ob caſum vt ibi per Bal. vbi. ŝ. in. fi. cõmen. ⁊ Bar. in. l. ſi vt certo ſed interdum. ff. cõmo. ⁊ hec diſtinctio cauſe traditur per Burleũ ſcdo phiſi. pria parte tertie tractatus vel i. c. ij.

Cauſa ſcdm phos quot tuplex ſit

Cauſa efficiens

¶ Item ſm Burle. ſecundo phiſi. tertio tract. ſecunda glo. exponendo text. phi. ibi cã eſt duplex principalis ⁊ ſecundaria ⁊ vtraqꝫ duplex ſcilicet vniuerſalis ⁊ particularis quãtũ ad cauſam que dicatur principalis dicit phs q vna eſt cã ex qua ſeu vnde primum principium mutationis ⁊ quietis quãtum ad cãm ſecundariam dicit phs vt conſilium qd ſecundũ nos idem eſt q inſtituens docens cõſiliato formam rei quaʒ eſt facturus vt dicam. j. de cognitione forme circa finẽ quantum ad cauſam vniuerſalem ⁊ particularem dicit phs vt pater filij pater enim eſt cã particularis filij. Et faciens eſt cauſa vniuerſalis q: omne faciens plus continet ⁊ cõmutans eſt cã vniuerſalior q: oẽ faciens eſt mouens ⁊ cõmutans non e ꝯ qm mouere eſt i plus ꝙ agere: vt pʒ primo de generatione ſm Burleum vbi. ŝ. Et ſm Bal. in. l. ex placito prima. q. C. de rerum permu. cauſarum ẽt alia eſt mediata alia imediata ⁊ imediata magis iprimit ꝙ mediata ⁊ attẽditur tam in iure noſtro ꝙ in naturalibus vt videmus in plãta prune in qua ſi inſeratur ramus piri ille ramus deferet pira tanqꝫ pducta a cã imediata qꝫuis ab arbore prune capiat nutrimentum vt ibi latius per Bal. faciunt que. j. proxime dicentur. Sic dicimus q materia ſeu cã materialis alia proxima alia remota ſm Bar. in. l. j. in ſecunda colũ. circa princip. ff. de actio. ⁊ oblig. Inſuper ſex ſunt modi ſpãles cãrum vt per Burleuʒ ſecũdo phiſi. ſecũda parte prin. tertij capituli vʒ propinquũ remotũ per ſe ⁊ p accidens ſimplex ⁊ cõpoſituʒ ⁊ qdlibet horum eſt in actu ⁊ potentia vt ibi ⁊ cã in potẽtia eſt que aliqñ agit aliqñ non vt edificator ⁊ medicus vt tradit ſecũdo phi. tertio tract. i fine ⁊ de cã pꝑinqua ⁊ remota traditur ibi tertia parte tertij capituli.

Quid ſcdm iuriſtas.

¶ Itẽ ſunt modi vt ſm cõpleſionẽ ſeu cõpoſitionẽ ⁊ diuiſionem vt in. d. ij. pte principali tertij capituli. Itẽ alia eſt cauſa vniuerſalis alia pticularis ibidẽ qrta pte tertij tractatus ⁊ de cã in actu ⁊ potẽtia ibi maxime in. ij. pte tertij capituli ⁊ qd cãe poſſint eſſe ſibi inuicẽ cãe p Burle. ibi vʒ ſecundo phiſi. j. pte tertij tract. Itẽ in quolibet genere cauſarũ inenitur prius ⁊ poſterius vt. j. in articulo ſeq. circa finẽ poſt tradita ſecundo phiſi. c. ij. tertij tractatus ⁊ prius dr dupliciter vel q: tanqꝫ cõius ⁊ vniuerſalibus ⁊ ſic ſm pdicatiõem q: de pluribus pdicatur ꝙ poſterius ⁊ poſterius de paucioribus ⁊ ita capit in pmiſſis ac ꝑpoſito hinc artifex dr prior ꝙ medicus q: cõior eſt artifex ⁊ de pluribus predicat vt dixi i articulo ſeq. circa finẽ ⁊ ſic cognatio dr prior ꝙ agnatio ⁊ adoptio ꝙ arrogatio cũ ſint noĩa magis cõia ⁊ ad plura ſe habentia vt inſti. de adop. §. j. ⁊ de leg. agna. tu. etiam. §. primo.

In cauſis q̃ dicat prior.

¶ Alio modo dr ſm phos prout traditur loco preallegato prius ſm cauſalitatem ⁊ hoc mõ illud eſt prius cuius cauſalitas ad plẽs effectus ſe extendit. Et pdicta conferunt ad dictum Bal. in. l. hac ꝯſultiſſima prima colũ. C. q teſta. fa. poſ. vbi querit qñ concurrunt plẽs modi cõiecturarum ſeu interpretandi ac plẽs regule que ſit pferenda ⁊ preponderetur vnaʒ dicit ibi Bal. q ſpãlior ⁊ minus cõis ſicut ẽʒ nos ſpẽs derogat gñi vt in regula gñi per ſpẽm in. vj. quod dialetici damnant non intelligentes ſenſum nec verba iuriſtarum.

¶ Et prout dicam. j. articulo ſeq. in vltimis chartis forma prior dicitur que eſt vniuerſalior. Et natura prius dr dupliciter eſſe vt cum dicimus q materia prius eſt natura ꝙ forma ex eo q natura prius in actione ſua preſupponit vel cum dicimus q forma prius eſt q materia ex eo q natura prius intendit vt traditur ſecundo phiſi. tertia parte tertij tract. vbi burleus vbi dicit prout dixi quomodo cauſe poſſint eſſe ſibi inuicem cauſe. Et dum dixi q materia eſt prior ⁊ cõior ⁊ ad plures formas accõmodata eſt aduertendum q quedã ſunt forme artificiales que habent determinatam materiaʒ ac ſibi certam vt ferre forma vt in ſecundo phiſi. §. lectulus autem vbi burleus in fi. ⁊ non mirent lectores ſi allego tex. ⁊ cõmenta philoſo. more iuriſtarum.

¶ De generali cognitione ⁊ de diffinitione forme ⁊ solēnitatis.

His premissis conuenit videre primo ⁊ ante omnia quid sint forma ⁊ solemnitas ⁊ de earum diffinitione seu descriptione vnde secūduz iuristas ⁊ phos tam naturales ꝙ morales. Forma est que dat esse rei vt per phm. vij. ⁊ viij. meta. et patet in. l. iulianus. §. sed ⁊ si quis. ff. ad exhi. cum concor. que dicentur infra in articulo de potentia ⁊ effectibus forme in primo effectu ⁊ patet exemplum in testamento circa heredis institutionem que dr forma testamenti. Ex quo dat esse testamēto. §. ante heredis insti. de lega. l. non codicillum. C. de testa. cuz concor. s. suo loco allegandis. nam ex heredis institutione vltra qḋ dat esse testamento inducitur differentia inter testamentuz ⁊ alias vltimas voluntates prout est codicillus. d. l. non codicillum ⁊ l. hereditatem. C. d̄ cod. ⁊ §. pen. insti. eo. gl. in. l. prima. ff. d̄ test. ⁊ insti. eo. in princip. Sed hec diffinitio non est perfecta put capitur esse in iure nostro quia vltra id qḋ dat esse vt est heredis institutio in testamento ius aliquādo addit ⁊ vult in actu interuenire solēnitates sine quibus actus ⁊ dispositio non tenet ⁊ dicitur imperfectus. l. ex imperfecto ⁊ l. si vnus ⁊ l. testamentum cum concor. C. de testa. vbi testamentum habens heredis institutionem ⁊ carens alijs solemnitatibus est nullum ⁊ imperfectuz ⁊ ista imperfectio dicitur imperfectio ratione solemnitatis ad differētiā eius que interuenit ratione voluntatis. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. eo. titulo de testa. cum ibi notatis per Bar. ⁊ alios ⁊ in. l. is qui. ff. eo. Quod demonstratur ex eo ꝙ valent multa testamēta sine talibus solemnitatibus in multis casibus in quibus a iure remittuntur nec eo minus desinūt esse testamenta vt in. c. cum esses de testa. ⁊ in. l. fi. ⁊ in. d. §. ex imperfecto. C. eod. Et patet in testamentis militum ⁊ ad pias causas prout infra dicere ɔtinget loco suo ideo Bal. in. l. cum plures tertia colum. C. de condi. inser. alter diffiniuit formam dicens ꝙ forma est status perfectiuus rei per. l. cū ex causa que bene non probat. ff. de verbo. obliga. sed clare patet in. l. si is qui quadringēta. §. quedaz. ff. ad leg. fal. ⁊ facit. l. stipulatio. §. opus. ff. de oper. no. nunci. tex. cum glo. in l. qui falsam. ff. de fal. ⁊ glo. in. d. l. qui falsam dicit ꝙ formare idem est ꝙ perficere sed hec diffinitio non est conuertibilis cum suo diffinito quoniam status perfectus rei consistit ex materia simul cū forma. c. tua nos cum ibi notatis de spōso. Et patebit ex his que dicētur infra eo maxime in articulo de conuenientia inter materiam ⁊ formam accedentibus etiam causa efficiente ⁊ finali vt deo dante alibi suo loco dicam ideo Bal. in. l. continuus. §. cum quis. ff. de verbo. ob. dicit ꝙ perficere respicit substantiam que consistit ex materia ⁊ forma ⁊ verbum conficere respicit formaz. Ex cuius dictis insurgit ꝙ in dispositionibus ⁊ humanis actibus ac in ordinatis a iure forma sit modus secundum quem actus cōfici debet si est in fieri ⁊ sic considerata forma speculatiue ⁊ put ē in imaginatione vel si est factus secundū quem fieri debuit ⁊ sic ɔsiderata forma pratice seu prout est in opere ⁊ est de mente Bal. in rub. ff. de iusti. ⁊ iur. Et patet ex text. in. c. cum plures de offic. deleg. in. vj. ⁊ l. ait pretor. §. si. cum summario Bar. ff. de iureiur. ⁊ in. l. diligenter. ff. manda. Item patet in. c. vt circa in prin. de elect. in. vj. ⁊ cle. constitutionē versi. sane de elect. ⁊ l iuribus inducētibus solēnitate ⁊ modum seruandum in aliquo actu ⁊ formam tradentibus. Est enim differentia quo ad formam iter actus factos ⁊ qui sunt in fieri vt per Bar. in extraua. ad repri. in verbo sine figura in prin. ⁊ d. c. vt circa i pri. ⁊ de se pȝ ⁊ in. l. j. vbi Bald. ff. de vsufru. ⁊ infra proxime dicetur. Et qꝛ hec descriptio non bñ conuenit ad formam essentialez que diffinitur vt dat esse rei prout dictum fuit ⁊ non est generalis ꝙ̄uis Bal. in. l. incerti. xiij. questione in prin. C. de interdi. dicat ꝙ modus dat eē rei idest ordo dat iudicio formam quia loquitur de esse per modum inualidandi potest considerari alia plenior que rebus naturalibus ⁊ artificiosis ac a iure inductis conueniat licet omnis diffinitio sit in iure nostro periculosa vt per glo. i l. omnis bona diffinitio. ff. de reg. iu. Hoc modo ꝙ perfecta seu plena forma est que dat esse rei validum ⁊ vndique perfectum. nam ex hac diffinitione comprehēditur tam forma que dat esse ꝙ̄ illa que solemnizat actus sine qua solemnitate ius non vult valere actum. nam validum includit solemnitates predictas que dicuntur substantiales vt infra dicetur Item qꝛ per verbum validum non includuntur solēnitates q̄ nō sunt substātiales vt sunt leues de q̄bus. j. i articulo quotuplex sit forma etiam dicetur tales solemnitates veniunt ⁊ comprehenduntur ex verbo perfectum largo modo ⁊ in pleniori significato sumpto. Et sic ad effectum vt aliquis actus perfecte dicatur ⁊ omni ex parte formis diffinitio conuertit cum suo diffinito hoc modo testam̄etum vel instrumentū hꝫ formam que dat sibi esse validuz ⁊ perfectum ergo est forme non habet ergo non est perfecte forme ⁊c. ideo Bal. dixit ꝙ forma ⁊ ens ɔuertuntur ⁊ ꝙ forma dispositionis non ē aliud ꝙ̄ eius perfectio sicut forma naturalium non est aliud ꝙ̄ pfectio eorum vt per Bal. in. l. j. §. pro secundo in fi. cōmen. C. de ca. tol. vbi dixit ꝙ forma ⁊ ens conuertuntur.

¶ Forma quid sit.

Alia forme diffinitio.

Alia diffinitio.

Alia diffinitio.

¶ Item forma prout persistit ⁊ durat dr eadem consistētia non mutata essentia eius secundum Bal. in. l. si duo patrōi §. si quis iurauerit. ff. de iureiur. per. d. l. iulia. §. sed ⁊ si quis ff. ad exhi. ¶ Et quia dixi formā cōsiderari posse in actibus prout sunt in fieri. Itēm prout sunt facti. Est aduertendum ad ea que dixit Bal. in. l. secunda in repeti. in tertia colum. versi. vel dic. ff. de iureiur. ꝙ actus seu facta possunt dupliciter considerari vno modo prout cōcipiuntur in imaginatione disponentis expssa per verba vel nutu declarata iuxta tradita in. l. murum. ff. de acqui. hered. ⁊ tunc eorum forma est quoddam exemplar in mente consistens secundum qḋ quilibet artifex vel agens actum operatur cuȝ sine exemplari mētis impossibile sit teste etiam phio prorumpere rōnabiliter ad operandum seu actum faciendū facit. l. in testamento la prima. ff. de condi. ⁊ demon. vbi cuȝ non posset mente concipi exemplar traditum non poterat fieri exemplū ex eo. Sic ⁊ quis non presumit dicere qḋ mente non concepit. l. labeo circa fi. ff. de sup. leg. ⁊ non valet dictum quando nō fuit mēte conceptum. l. in ambiguo. ff. de re. iu. c. tue despon. ⁊ preter propositum non oritur actio. l. non omnis in princip. ff. si cer. pet. ⁊ si oritur nascitur ex tacita ⁊ coniecturata mente. l. si is qui. §. fi. ff. cōmo. Ex quo sequitur secundum Bal. ꝙ ea que fiunt facto non dicuntur rōnabiliter fieri cum ex animo non fiant sicut condictio causalis que casu ⁊ nō ex animo impletur potestatiua autem condictio bene fit ex animo ⁊ preuia deliberatione ⁊ consequenter dicitur rōnabiliter fieri ⁊ idcirco est implenda in forma potestatiue alias si sufficeret illam facto impleri transiret in causalem qḋ esse nō debet. l. secunda in fi. ff. de condi. ⁊ demon. facit. l. iam dubitari ⁊ qḋ ibi notat Bar. de implemento conditiōis ⁊ l. suus quoque iunctis etiam ibi notatis per Bar. ff. de here. insti. ⁊ l. fi. ff. de condi. insti. ⁊ l. si pater ⁊ ibi per glo. ⁊ doct. C. eo. titulo Hinc facta antequam fiant appellantur incerta quia suā speciem ⁊ perfectionem seu essentiaȝ in ipso fieri recipiunt ⁊ nō ante ⁊ a quo remouetur esse remouetur etiam certuȝ esse. l. certum. ff. si cer. pe. l. vbi autem non apparet in prin. ff. de v̄. obliga. ⁊ hoc modo capitur factuȝ dum lex dicit illud esse i obligatione quia sentit de imaginatiuo ⁊ futuro ⁊ qḋ fuit p partes imaginatum. l. stipulatio ista habere licere. ff. de vb. obliga. ⁊. §. si quis alium insti. de inuti. stipu. Alio mō actus ⁊ facta possunt cōsiderari realiter ⁊ prout facta sunt ac essentiam habent ⁊ tribuunt effectum ⁊ eorum forma est apparēs seu existēs ⁊ ea que dat esse ipsi facto iuxta. l. si is qui. §. quedam. ff. ad leg. fal. secundum qḋ supra latius dixi eo. articulo in princip. Et tunc dicuntur facta in solutione non autem in obligatione propter implementū. d. l. stipulatio ista ⁊ l. mutiane cum ibi notatis. ff. de condi. ⁊ demon.

Acta seu facta possunt dupliciter considerari.

De mente ⁊ imaginatione.

Facta antequā fiant dicunt icerta.

¶ Describitur autem forma ex allusione vocabuli quasi formosa hoc est pulchra ⁊ bene ordinata compositio secundum Bal. in. l. ius ciuile prima col. ff. de iusti. ⁊ iu. per. l. an. inutilis in prin. ff. de accept. Et melius facit. d. c. quia propter de elect. ⁊ l. fi. §. primo. C. de iur. deli. ⁊. d. l. hac cōsultissima in prin. C. de testa. cum pluribus alijs iuribus infra allegādis. Aliquando tñ forme appellatio impropriatur vt non significet formam de qua prediximus sed substantiam aut quantitatē vel tempus vt per Pau. de cast. in. l. mancipia in principio cōmen. C.

Allusio vocabuli forme.

cõmen. C. de furt. cum concord. de quibus per Fely. in. d. c. cum dilecta versi. quartum signum in fi. de rescrip. qd indu-cunt ad statuta loquentia de forma vt intelligantur sm ma-teriam subiectam de quo latius dicetur infra.

Forma non pōt videri: nec p visum percipi.

¶ Ceterum deueniendo ad reliqua tangentia cognitionez forme est sciendum sm Bar. in tract. de alueo. §. q si quis se-cunda col. ⁊ Bald. in sepe allegata rubri. ff. de re. di. vltima col. post phm primo de anima q substantia ac substantialis forma rei videri non potest sed ipsius rei accidentia quãdo que videri possunt putasi sint exteriora vt color ⁊ superficies vel lõgitudo altitudo profunditas magnitudo largitudo ro-tunditas angularitas rectitudo obliquitas ⁊ similia ideo p visum propria forma non percipitur sed per operatiões ⁊ ac-cidentia. Hinc quando aiata agunt naturales operationes debitas sue proprie speciei ⁊ attingunt propriam virtutem per quam habent perfectionem tunc nobis constat q habẽt propriam formam qr operatio arguit ⁊ arguite probat formã ⁊ est probatio ab effectu ⁊ sensitiua que est optima probatio nam querere rationem vbi habemus sensuz est infirmitas in-tellectus vt per Ari. in secundo phi. ⁊ dicit Ari. prio de ani-ma q accidentia magnam partem conferunt ad cognoscẽdũ quod quid est ⁊ ideo vbi accidentia permanent vt in rebus animatis sensus ⁊ motus ⁊ in non animatis vt in lapide ter-ra. In arbore superficies ⁊ color. In fructibus maturitas ⁊ sa-por que sunt terminus motus tendentis ad substantiam ibi certum est esse formam substantialem ⁊ verum esse quod i re-bus est propria forma ⁊ propterea Bal. i. l. de quibus in an-pe. col. ff. de legi. dixit q accidentia ⁊ operationes remote a subiecto manifestant corruptionem forme substantialis ⁊ q operatio arguit formam cum nulla forma possit esse sine na-turali operatione. Ideo qñ videmus rez a naturalibus opa-tionibus ⁊ solitis potentiis priuatam tunc non est ibi forma ⁊ signuz huius est q amittere solet nomen rei scilicet appel-latiuum qd significat substantiam ⁊ tunc oĩa accidentia corrũ-puntur que corrũpuntur a corruptione subiecti ⁊ nomen ap-pellatiuum mutatur quod stante idẽptitate substãtie est im-mutabile vt in. l. si quis in fundi vocabulo cuz ibi notatis. ff. de lega. j. ⁊ dixi. ã. eo. arti. ⁊ ideo Bar. in. d. §. q si quis atte-stando q forma substantialis sit inuisibilis in qualibet re po-nit exemplum in homine in quo forma substantialis est ani-ma cle. prima de sũe titulis ⁊ fi. ca. ⁊ latius dicetur. j. eo. arti-culo que anima videri non potest sed per exteriora ⁊ accidẽ-tia percipitur ⁊ ex eo qr homo habet corpus sic organizatũ exercens operationes intellectus ⁊ sensitiuas ideo dicimus q est homo ⁊ si non haberet talem organizationem dicere-mus q non est homo. l. non sunt liberi. ff. de sta. ho. ⁊. j. eod. latius dicetur ⁊ simile est in aliis inanimatis vt in terra quã cognoscimus p exteriora que si perderet desineret esse ter-ra ⁊ transiret in aliam speciem ⁊ amittetur primũ nomen ap-pellatiuũ ⁊ aliud sumeret: vt qr de terra fieret lapis coctus qr amplius nõ appellatur terra qd qualiter verũ sit dicetur. j. eo. articulo. Et si glans vel pomum aut similis fructus in terra corrumpatur nomẽ glandis vel pomi perdit ⁊ assumit nomen terre. l. j. ff. de glan. leg. Et si vinũ ⁊ mel cõmisceant qd libet perdit sua accidentia exteriora ⁊ transit in aliã spe-ciem ⁊ vocatur mulsum ladeo. §. cũ quid. ff. de acqui. re. do. Et per hanc rationez dixit Bar. in. l. de etate. iij. col. ff. de mino. Qz substantia rei vel psone nunq̃ percipitur per sen-sum corporeuz immediate: ita q si quis diceret cathedram aliquam esse de ligno eo quia videt lignum esset in propria locutio. nam ex colore qui est in obiectu visus ⁊ qui per sen-sum visus percipi potest cuz superficie ⁊ aliis supra expressis indicatur fore lignum ⁊ cathedra indicio intellectus perci-pientis ex representatione facta per sensum visus qui ope-ratur in colore ⁊ supficie. Idem si quis diceret se vidisse nu-merari decẽ florenos aureos: qr non vidit aurum neq̃ auri substantiam sed colorem qui inest auro ex quo indicatur ex aspectu aurum ⁊ dicit ibi Bart. valere tale testimonium lz non percipiatur imediate per sensum. §. ⁊ licet in auten. de testi. ⁊. l. testium cum auten. ibi posita. C. eo. sequitur Bal. in. l. solam. ij. col. in fi. C. eo. dum querit quomodo quis red-dat causam seu rõnẽ sciẽtie in quolibet pdicamento. Et pri-mo in predicamẽto substantie siue essentie: ⁊ dicit per id qd eam demonstrat ⁊ per eius accidentia que vt dictũ fuit ma-gnam partem conferunt ad cognoscenduz veritatem vnde sm eum si quis velit probare hominẽ viuere: dz reddere ra-

Quomodo formã in re aliqua eẽ pcipiamus.

Substantia vt auruz videri nõ pōt.

Multa d re ste qño deponat circa sbstãtiã ⁊ rei essentiam.

tionem vitam concludentem: vt qr vidit eũ mouere vel am-bulare que sunt signa ⁊ accidentia hominis viuentis ⁊ si vo-lo probare q iste sit lapis: probo per primam speciem: qr in-tuitiue species lapidis apparet oculo: ⁊ qr ledit pedem: qd confirmatur sm Bal. in prealleg. rub. ff. de re. diui. vlt. col. aliaratione videlicet qr dicta testiũ sunt ad bonũ ⁊ ciuilem intellectum trahenda ⁊ tolleranda ⁊ non cauilanda. l. stipu-latio. §. hec quoq̃. ff. de verbo. obli. nec enim sm eum in his est ad philosophiam recurrendum: sed ad vulgi opinionez. l. librorum. §. qd tamen cassius. ff. de leg. iii. ⁊. l. labeo cũ ibi notatis. ff. de sup. leg. ⁊ quãdo intelligimus qd velit dicere tex. nõ curamus vtrum loquatur proprie vel improprie: arg. l. scire leges. ff. de legi. ⁊ sm eum apud Legistas illa propo-sitio: q non videatur homo qui maxime ex inuisibili idest ex anima consistit est deridenda ⁊ merito respuenda tanq̃ ni-mis scropulosa ⁊ fantastica. Remote sunt enim sm eum a veritate iuris insidie. l. ita pudor. C. de adul. ⁊ mens legum est non disputare verbaliter sed declinare realiter: qr dixit imperator leges imponimus rebus non verbis. l. ij. in fi. C. cõmu. de lega. ⁊ ideo sepe improprijs vocabulis vtimur. l. si tibi. ff. si cer. pe. l. si cum ante. C. de dona. ante nup. l. iij. cum simili. C. de li. preter. Et pro dicta decisione facit qd dicunt Bar. ⁊ Doc. in. l. j. ff. si cer. pe. dum volunt q testis non te-neatur dare diffinitionem rei super qua deponit per quam diffinitionẽ traditur rei essentia: vt in. l. j. ff. de dolo sz suffi-cit q ex eius verbis ⁊ per circũstantias sermonis appareat: q testis intelligat rei de qua loquitur essentiaz ⁊ q sufficiat per testẽ tale quid exprimi in facto ex quo ius resultet: facit etiam qr testis deponens per sensum visus illud qd vere vi-deri non potest: sed per aliũ sensum percipi potest recte de-ponit eo qr sensus visus est generalis ad oẽs sensus vt patet ex notatis per doc. in. l. testium. C. de testi. ⁊ per Bar. in. l. si titio la. ij. per illum text. ff. de leg. ij. ⁊ Pau. de ca. in. l. j. in prin. cũ cõcor. ibi p Alex. in fi. cõmen. adductis. ff. de vb. ob.

¶ Aliquando tamen ꝙ aliquid sit situatum ante vel retro est de leui solemnitate: vel non est introductum a lege vel disponente pro forma: sed ad bene esse: vt notatur ⁊ disputatur per Doctores in lege hac consultissima. C. qui testamenta facere possunt: ⁊ in dicto. §. ante heredis. militis. de legatis ⁊ non est materia hic tractanda: sed in sequenti articulo quando censeatur aliquid traditum pro forma in vlti-

mis conclusionibus in illa conclusione ꝙ ordo sit de forma cum hic solum tangi contingat ꝙ situs possit esse de forma.

Relatio

¶ Trigesimonono relationis etiam predicamentum accedit pro forma: vt cum dicimus debere in actu filij interuenire patris consensum vel iussum: vt in lege non solum per totum. C. de bonis que liberis: ⁊ in lege si quis mihi bona. §. iussum cum ibi notatis. ff. de acquirenda hereditate: vel cum dicimus ꝙ quis teneatur aliquid pro forma facere: si habeat tãtum in estimo vel non habeat: ⁊ sit questio de filio fami. quoniam estimum patris censetur estimum filij: vt per Bartolum in. l. cum scimus. C. de agri. ⁊ censi. libro. xi. cum concordantijs. Et patet in. l. patris ⁊ filij. ff. de vulgari ⁊ pupillari substi. vbi forma testamenti patris sufficit etiam pro testamento: quod pater facit pro filio. Et hic queri potest: an forma ⁊ solemnitas tradita circa vnum ex correlatiuis puta patrem maritum vel dominum trahatur ad alterum puta filium vxorem vel subditum. Idem patet in relatione legaliter sumpta legis vel hominis ministerio introducta: vt cum princeps inuestit aliquem sm quod antecessores fuerunt inuestiti ⁊ sm illam formam.

¶ Et stante statuto ꝙ iudex debeat iudicare secundum consilium sapientis: si dicat iudico secundum consilium videtur condemnare: si ita dictet consilium secundum Baldum in lege si fundus. ff. de rescinden. venditio. Moderni late in. c. cum venerabilis de exceptio. Et patet in lege penultima: vbi bonus tertius. C. de conditio. insti. vbi dicitur quid iuris: si relati forma non appareat nec ipsum relatum: de quo latius dicam infra de implemento forme. Idem patet in. l. testamento la prima. ff. de conditioni. ⁊ demonstrationi. dum ibi testator mandat fieri sepulcrum secundum formam ⁊ ad exemplum alterius: de qua materia alibi suo loco habetur.

¶ Et an vbi relatio est de forma omnes qualitates relati etiam sint de forma dicam de implemento forme.

¶ Et ꝙ transactio fieri debeat visis ⁊ cognitis verbis testamenti: cum super relicto in testamento fit transactio ⁊ pactum etiam gratuitum: vt est quitatio. l. de his cum sua materia. ff. de transactio. etiam possit ad materiam huius predicamenti adaptari.

Actionis predicamentum.

¶ Quadragesimo actionis etiam predicamentum est de forma quam nos actum appellamus. l. heredes palam. §. si. cum glosa. ff. de testamentis: vt ꝙ consul legem proponat tribunus plebiscitum. §. lex institu. de iure naturali gentium ⁊ ciuili: quod an procedat in decretis decurionum Bartol. optime tradit in. l. scđa. C. de decurio. libro decimo. Circa quam propositionem videri potest: Alexan. in lege prima in principio primo notabili. ff. ad legem falcidiam: ⁊ dominus meus Iason in lege prima in fine commenti. ff. de legi. ⁊ Baldus in lege secunda. C. de probatio. Felynus in capitulo nonnulli versicu. pro intelligentia huius de rescriptis. Et quidem dominus Alexander ⁊ dominus meus Iason ⁊ Felynus tangunt circa ipsam propositionem vnam notabilem questionem: videlicet quando propositio est necessaria ex forma statuti que respicit certam materiam: an ⁊ quando tali forme intelligatur derogatum. Aliam questionem notabilem etiam circa eam ponit Nellus in tractatu banni in q. lxxxij. tertie partis scdi temporis. Et de ipsa propositione seu predictione ꝙ possit esse de forma: patet in lege in testamentis. C. de testamentis. Et patet in baptismate de actionibus quas nos Iuriste vt supra actus appellamus illius: vz qui ministrat baptisma: de quibus in capitulo primo de baptis. ⁊ per Panormitanum ibi in rubrica vbi loquitur in proposito ⁊ dixi in articulo de cognitione forme. Etiam patet in testamento in scriptis de actibus testium sigillantiuz vt institu. de testamentis in principio ꝙ sunt de forma: vt ibi. Et patet in infinitis similibus in patris iussu vel consensu circa ea que sunt gerenda per filium in decreto iudicis ⁊ alijs multis similibus. Et vt intelligamus bene hanc materiam est dare causam efficientem ⁊ ꝙ actus infir vltra eam qui dicatur de forma: puta in transactione super alimentis: de qua in lege cum hi. ff. de transactio. Nam partes transigentes sunt causa efficiens transactionis ⁊ iudicis decretum ac eius actus est de forma ad transactionem necessaria: sic ⁊ iudex qui fert sententiam in scriptis quam legit iuxta legem secundam. C. de senten. ex peri. re. nam ipsum ferre sententiam seu iudex dum eam fert est causa efficiens actus vero legendi est de forma: vt ibi simile in seruitute actus constituta: ita ꝙ non liceat agere nisi certo genere vehiculi vel cum boue vel asino: nam ꝙ non possit agi nisi cum illo genere est de forma seruitutis. d. l. seruitutes la prima. §. modus. ff. de seruitu. titulo generali: ⁊ dum ita agit implet formam. Et si constitutio requirit iurari tactis scripturis: non sufficit iurari in presentia scripturarum: quia tangere est de forma secundum glosam communiter approbatam in capitulo vt circa de electione in sexto ⁊ in clementina prima in verbo tacta de hereticis. Simile patet in electione: vt per Panormitanum in. d. c. quia propter in principio in quinta ⁊ sexta columna: maxime in quinto substantiali cum multis seq. de elec. Sic ⁊ ꝙ testator debeat rogare testes: quod est solemnitas actionis lege hac consultissima in principio: ⁊ ibi late habetur. C. de testamentis. Sic ⁊ q. debeat appellari ad impugnandum sententiam latam est quid formale vel solemne. l. iij. in fi. C. de sen. ex peri. re.

Passionis predicamentum.

¶ Quadragesimoprimo passionis seu pati predicamentum etiam est de forma: vt cum quis instituitur sub conditione alicuius grauaminis cum enim conditiones sint de forma: vt in sequenti articulo late dicetur: si adijciantur onerose conditiones ibi est forma tendens in pati: vt patet toto titulo. ff. de conditio. instituti. ⁊. C. eodem ⁊. C. de conditio. inser. faciunt que dixit Panormitanus in rubrica de baptismo ꝙ in actu baptismi concurrunt actio baptizantis. ⁊ passio baptizati ex quibus coniunctis alijs requisitis formatur in ipso baptizato sacramentum baptismi. Et ad hoc facit quod dixit Baldus in lege prima. §. ne autem. C. de cadu. tollen. vbi dixit personam esse de forma: ita ꝙ ab ea recedere non liceat: ⁊ loquitur ibi de persona onerata: an possit implere per alium ⁊ sic de predicamento isto pati.

¶ Quadragesimosecundo habitus predicamentum etiam potest esse de forma: vt patet in capitulo statutum de rescriptis in sexto: dum requiritur pro forma delegationis apostolice ꝙ fiat delegatio homini habenti dignitatem ⁊ cete. Idem cum causa debet decidi de consilio iurisperiti: quia nisi habeat consultor iurisperitiam vel gradum si de consilio doctoris sententia peccabit in forma: vt notatur in lege prima. §. si plures. ff. de exerci. Idem patet in degradatione heretici in capitulo primo de hereticis in sexto: dum proprius diocesanus conuocatis abbatibus alijsqz prelatis ac litteratis personis sue diocesis potest degradare ⁊ tradere clericum hereticum degradatione secuta curie seculari ⁊c. Nam ꝙ persone conuocate habeant prelaturam aut litteras est de forma huius predicamenti habitus.

¶ Et si quis velit circa ista predicamenta videre alia impertinentia ad nostram materiam videat Baldum in dicta lege de quibus decimasexta ⁊ decimaseptima columna. ff. de legibus in lege solam quarta columna. C. de testibus in lege data opera decima columna cum sequenti. C. qui accusare non possunt: ⁊ Azo in prohemio. C. in secunda ⁊ tertia columna.

Verba sunt de forma.

¶ Quadragesimotertio verba dicuntur de forma: ideo secundum Baldum in lege finali. C. de suis ⁊ legi. prima columna verba contractus sunt forma contractus: ⁊ patet in lege quoniam indignum. C. de testamentis ⁊ in verboruz obligatione in qua euidenter verba sunt de forma vt in. l. prima in principio ⁊. §. si quis ita. ff. de verborum obligatio. ⁊ instituta eodem in principio ⁊ in capitulo secundo prope finem de prebendis in sexto: ⁊ quod dicitur de electione: vt debeat esse verbalis secundum Panormitanum in dicto c. quia propter in principio. vj. colum. in. xvj. substantiali de electio. Idem patet in baptismate in quo formula verborum: non tantum verba est seu sunt necessaria capitulo detrahe. prima questione prima ⁊ capitulo primo cum ibi notatis de baptis. Simile in consecratione eucharistie: vt habetur in capitulo cum marte de celebratione missarum in versiculo credimus: ideo verba sunt forma eucharistie ⁊ sanguinis ⁊ baptismi ⁊ aliorum de quibus supra. Et quia hec materia confuse traditur a doctoribus: vt patet ex notatis in lege pretor in principio. ff. de operis nouis nunciatione ⁊ in lege prima. ff. de liberis ⁊ posthumis: dum tradunt: an quando lex requirit aliquid exprimi aut expressum esse vel dici aliqua verba aut nominatim fieri hoc

ita sit de

ita sit de forma: vt a formula verborum nō sit recedendum: nec sufficiat exprimi per equipollens.

Multa de verborū formula.

¶ Facio infrascripta membra: ⁊ primo ꝙ aliquando dispositio requirit certa verba exprimi sub verborum formula: vt videmus in consecratione eucharistie ⁊ baptismate: ⁊ tunc non est a formula verborum ⁊ materialitate eorum recedendum: vt notatur in.d.c.primo.de baptis.⁊ dicto.c.cum marte: patet etiam in.l.j.⁊.ij.de formu.subla.⁊ in dicta.l.quoniam indignum ⁊ in.l.in testamentis.C.de testamen.⁊ in.l.fi.C.de dona.cum concordan. Et hec consideratio formule verborum vbi talis formula expresse exigitur cōfert ad multa: ⁊ maxime si testator dicat nolo si contingat me aliud testamentum facere illud valere: nisi in eo sit aue Maria: nam erit necesse in secundo testamento adesse aue Maria in propria verborum formula: vt notatur in.l.si mihi ⁊ tibi §.in legatis vbi Ange. Pau.de cast.⁊ Alexan.ff.de lega. primo: ⁊ per aliquos in.l.si quis in principio testamenti.ff. de lega.iij.quod est intelligendum: nisi ipse testator apponat clausulam reuocatoriam derogationis cum non potuerit sibi legem imponere a qua ei recedere non liceat: vt ibi late traditur ⁊ habetur: qua reuocatione nō accedente procedunt predicta. Item cōfert ad testes que interrogati que fuerint formalia verba contrahentium: vt si dicant idem in effectu ⁊ eandem substantiam sed diuersum in cortice verborum: dicantur contrarij ⁊ diuersum deponere vt per doc. in.c.nihil per illum text.de verbo.significatio.vbi Panor. primo notabili ⁊ Bal.in.c.bone el primo circa.v.colum.de electio.cum concordan.de quibus in dicto.c.nihil per doc. ⁊ per Alexan.consilio.cxij.penulti.colum.tertio volumi.⁊ lxx.penulti.colum.⁊.xlvij.incipien.habunde tertia colum. secundo volumi.⁊.cl.secunda colum.versic.alia ⁊.cliij.scda colum.versi.preterea.v.volumi. Et propterea sm Panor. in dicto.c.nihil fuit questio de facto cum quidam dixisset se heredem sempronij: nam articulauit ꝙ sempronius in extremo vite dixit: facio te heredem meum quod pbauit per vnum testem ⁊ alius testis dixit testatorem dixisse: instituo te heredem meum: in qua questione fuit pronunciatum testes esse contrarios: quia cum iste articulasset super formalitate verborum: ⁊ voluisset probare verba materialia diuersitas narrandi habuit obstare: nec sufficiebat deponere idem in substantia. Subdit ibi Panor. post Hostien.⁊ Anto.de but.quo ad testes vnum effectum formule verborum dicens ꝙ testes vnum ⁊ eundem meditatum sermonem deponentes redduntur suspecti vt in.l.iij.post princip.ff.de testi. Ex quo damnat secretarios scribentes dicta testium qui postq̄ scripserunt extense depositionem vnius testis scribunt depositiones aliorum hoc modo: videlicet talis deposuit in omnibus ⁊ per omnia prout primus: q: hoc significat ꝙ deposuerit eundem sermonem sub eadem verborum formula: quod potest tollerari vbi adesset consuetudo vel intelligendo ex quadam equitate ꝙ dixerint in omnibus ⁊ per omnia prout primus testis in substātia ⁊ non in modo narrandi seu verborum formalitate. Et si vnus testis de formalitate verborum interrogatus dicat promissionem fuisse de duobus solidis alius de vigintiquattuor denarijs redduntur singulares sm Bald.in dicto.c.bone: ⁊ Anto.de but.in dicto.c. nihil: ⁊ Alexan.in.l.que extrinsecus.ff.de verbo.obligatio. quā legit cum.l.huiusmodi.

De formalitate vborū in testibus.

¶ Predicta etiam induci possent ad tradita in.l.j.⁊.ij.ff. de libe.⁊ posthu.ꝙ in instrumento debeat apponi nomen ⁊ cognomen: an sit hoc pro formula traditum: ita vt si quis habeat nomē singulare: puta gallopressus non sufficiat: de quo j.eo.§.in sequentibus dicetur: ⁊ dicit ibi Bald.ꝙ quando lex hoc mandat formula verborum est seruanda ⁊ sequuntur ibi cōmuniter doc.

Falsa latinitas vbi exigitur vborū formula. Verborum formula in baptismate ⁊ sacrificio.

¶ Et quando formula verborum traditur pro solennitate vel forma falsa latinitas ac corrupta expressio non viciat actum: vt in baptismate dicitur per Panor.in.c.licet de baptis.⁊ Ricar.in quarto distinctio.tertia: vbi etiam sanctus Thomas distin.iij.q.prima articulo secundo ⁊ ibidem Petrus aureolus distinctio.tertia questione secunda dicentes hoc maxime procedere: si corruptio procedat ex simplicitate vel ex impotentia proferentis: ⁊ idem si ex ioco q̄uis peccet in sacramento baptismatis ex ioco corrupte proferens. Ita ꝙ corrupta expressio non obsit: dummodo mens non sit deprauata per maliciam vel derisionem: ⁊ dummodo corruptio verbi prolati non sit tanta ꝙ deuiet a sensu ⁊ impediat formam intellectualem vocabuli seu non sit talis ꝙ non remaneat eadem significatio: nec sm primam vocabuli institutionem nec sm accōmodationem vsus: ita ꝙ sufficiat seruatam fuisse intellectualem formam: licet cortex verborum non sit prout est institutum expressus: ideo si quis diceret ego te baptizo in nomine patria ⁊ filia ⁊ spiritūsanctum tenet baptismus vel si diceret spiritussancta sm docto. preallegatos: ⁊ Panor.in.d.c.licet ⁊ est expssum in.c.retulerunt de consecra.distin.quarta vbi glo.dicit ꝙ error syllabe non nocet in istis.l.qui habebat.ff.de manu.test. Ideo Panor. in dicto.c.licet dicit ꝙ mulieribus permittitur baptizare: que nesciunt bene verba exprimere. Nec si formula verborū sit a latinis instituta vel econtra: erit necesse vt grecus illaz seruet ⁊ econtra: sed poterit grecus illam seruare in lingua greca latinus in latina: scilicet vulgari si litteras ignoret ⁊ latina si erit litteratus: vt probatur ex his que in baptismate dicuntur in dicto.c.licet ꝙ grecus baptizet per illa verba ego te baptizo in nomine patris ⁊c.greca lingua ⁊ latinus latina ⁊ vnusquisq; in suo idiomate: ⁊ patet ex text.in.l. prima.§.si.ff.de verbo.obligatio.dum ibi verborum obligatio potest concipi ex quo vis idiomate: dummodo se intelligant: licet grecus latina lingua apud maxime latinos possit baptizare.d.c.retulerunt: de quo etiam per theologos vbi supra maxime Petrum aureolum in quarto senten.dist.iij. Dicit tamen Panor. vbi supra ꝙ falsa latinitas viciaret: si quis scienter hoc faceret animo inducendi errorem vel nouam formam vt in.c.si non sacrificatur ⁊ in.d.c.retulerunt de consecra.distinctio.quarta: ⁊ volunt theologi vbi supra maxime Petrus aureolus: ⁊ dixerunt aliqui ꝙ error syllabe in prin.nocet secus in fine: vt per angelicam in summa in.§.baptismus primo versi.xv.iuxta tex.in.d.c.retulerūt: Ex quibus sm theologos infert ad falsam latinitatem in sacrificio: ⁊ dicit Glo.in verbo regulam in dicto.c.si non retulerunt ꝙ verba celestis Dei restringi: non debent sub regulis donati: vt in.c.indignum.xxxviij.distin. An autem corrupta intentio baptizantis vel baptizati stante vera formula verborum impediat effectum sacramenti traditur in.d.c. licet vbi Panor.⁊ per glo.⁊ doc.in.d.c.si non sacrificatur: ⁊ in dicto.c.retulerunt ⁊ in.c.satis eo.titulo.⁊ per Ricar.in quarto senten.distinc.iij.⁊ per theologos summistas loco suo. Q; si dicas ego te baptizo in nominibꝰ patris filij ⁊c.nō valet quia debet exprimi in singulari sm Petrū aureolum vbi supra: quia trinitas in vnitate exprimi debet: dixit tamē Innocen.in.c primo de baptis.ꝙ si loco ⁊ ponatur coniunctio q; puta in nomine patris filijq; valebit: quia nulla est differentia inter has coniunctiones sm eum ⁊ theologos: quod prodest ad multa: q: formula ad significatum referenda esset nō ad materialitatē verbi: ⁊ vbi est omnimoda equipollentia. Nec potest quādo est tradita formula verborū exprimi aliter etiaz per equipollens vt si baptizans dicat ego te baptizo in nomine trinitatis vt habetur in dicto.c.primo de baptis.⁊ in dicto.c.si non sacrificatur in glo.prima ⁊ in locis preallegatis per theologos licet sm Innocen.in dicto c.primo papa posset hoc inducere: ⁊ dixi supra quis possit tollere formam. Ideo si dicatur ego te baptizo in nomine Christi: etiam dicendum videtur non sufficere per id quod dicitur de baptizante in nomine trinitatis: ⁊ sequit Ricar. loco preallegato ⁊ communiter theologi licet Glo.in.c.a quodam de consec.distin.quarta teneat sufficere. Minus q; valeret baptismum: si diceretur ego te baptizo in nomine genitoris ⁊ geniti ⁊ pcedentis ab vtroq; sm Cano.in dicto c.primo de baptis.⁊ theologos vbi supra: quia nō est eadem significatio nec genitor significat personam patris sicut hypostasim subsistentem: sed per modum actus ita ꝙ non sit eadem significatio. Quid si dicatur nos te baptizamus vel ego vos baptizo Bo.in quarto distin.v.⁊ ibi Scotus distl. vj.⁊ Petrus aureolus distin.iij.qui dicit non valere si dicatur ego te lineo. Nec viciatur baptismum si aliquid addatur ante vel post verba formalia baptismatis sm glo.in.d.c. si non sacrificatur in glo.fi. Innocen.⁊ doc.in dicto.c.primo de baptis.⁊ theologi in quarto senten.vbi Bona.in tertia distinc.articulo secundo questione.iij. prime partis: dummodo baptizans non intendat tale additum esse de substantia forme: taliter ꝙ sine eo non valeat baptismum: quasi volens nouam formam ⁊ nouum ritum facere scdm eos:

Vbi exigit verborū formula: an grecꝰ possit vti vbis latinis ⁊c.

q si intendat baptizare ⁊ credat additum non esse de forma sed ex simplicitate addat aut deuotione:puta in nomine patris ⁊ filij ⁊ spiritussancti ac sancti Joannis baptiste vel omnium sanctorum vel si latinus dicat ego te Joannem baptizo cum nomen non sit exprimendum inspecta forma institutu:idemq est si intendens baptizare ⁊ sciens additum non esse de forma non intendensq dare nouam formam addat ex malicia:puta in nomine patris ⁊ filij ⁊ spiritussancti ⁊ diaboli aut hereticorum:vt habetur in locis predictis ⁊ est gl. fi in.d.c.si non sacrificatur: que dicit hoc non procedere si verbum additum repugnet intentioni baptizandi: licet oīa verba proferantur:vt quia dicatur non ego baptizo te in nomine patris ⁊ filij ⁊c. Et predicta vera nisi additio sit interposita:vt infra proxime dicetur.

Diminutio in nocear vbi exigitur verborū formula.

Diminutio autem verborum pro formula traditorum indubitanter viciat actum ⁊ baptismum:vt patet ex tex.⁊ notatis in.d.c.j.de baptis. ⁊ ex notatis in locis preallegatis. Ideo Gualdēsis summista theologus dixit:q si omittatur verbum in: ante verbū nomine:non valet baptismum:quod procedit quo ad illa verba in nomine patris ⁊ filij ⁊c. Et q vltra dicta verba in nomine patris ⁊c. Adsunt etiā pro forma illa verba ego te baptizo.d.c.j.⁊.c.a quodam ⁊.c.multi de consecra.distin.iiij.dixit Inno.in.d.c.j.post glo.q verbum ego non est de substantia: ⁊ patet in.d.c.retulerunt ⁊ per Richar.in.iiij.sentē.distin.iij.arti.ij.q.iij. Et dixit ibidem Innoc.q non sic est in verbo te:q omissum viciat nisi sm Petrum aureolum in.iiij.senten.dist.iij.q.ij.loco verbi te ponatur nomen baptizandi:⁊ sic licet verba ego te baptizo sint de forma:non tamen sunt vt formula verbor:ideo si quis dicat baptizetur Petrus in nomine patris ⁊ filij ⁊c. valebit baptismum:quia quo ad ista verba concernentia intentionē ⁊ determinationē intentionis eius qui ministrat baptismum:sufficit expressio ipsius actus ⁊ persone cui confertur sine formula verborum:licet peccent latini a ritu tradito deuiātes sm cōmunem opinionem theologorū.in.iiij. senten.distin.iij.quod prodest ad multa alia. Q: si interueniat iterpositio aliorum vel extraneorum verborū inter ista verba tradita pro forma vel formula:nam quando additur ante vel post ipsa verba dictum fuit.s.proxime. Est distinguendū ex notatis per Inno.in.d.c.j.de baptis.⁊ per glo. fi.in.d.c.si nō sacrificatur ⁊ theologos i.iiij.sentē.vbi Bona.in.iij.distin.arti.ij.q.iij.prime partis. Q: si talis interpositio distrahit aut corrumpit intellectū forme:vt q dicatur in nomine patris maioris filij minoris ⁊c.tunc non valet baptismū sm Bona.vbi.s. Q: si non corrumpat:vt q dicatur ego te baptizo:nam deus est in nomine patris ⁊ filij ⁊c.tunc valet vt in.l.que extrinsecus.ff.de verb.oblig. Et declarat glo.fi.in.d.c.si non sacrificatur:que late determinat. Et qd si interueniat mora vel extraneus actus interproferendum dicta verba:puta tussis sputum ⁊ silentium ⁊ alia:de quo.j. l.versi.plenius erit dicendū post nō.in.l.cum antiquitas.C. de testa.cum concor. Et in locis predictis habetur de alijs modis interpositionum quo ad propositum:⁊ maxime per Petrum aureolum qui tradit:an continuatio sermonis sit necessaria ⁊ de forma:de quo dicetur.j.eo.in.d.versi.l.

Additio vel interpositio vborū vbi exigitur verborū formula.

Ubi autem interueniret preposteratio vel transportatio verborum:vt quia dicatur ego te baptizo in nomine patris ⁊ spiritussancti ⁊ filij: Rizar. ⁊ Pe.aureolus vbi.s.⁊ cōmuniter theologi tenent valere baptismum nisi talis ⁊ tanta sit vt corrumpat vel mutet sensum:puta ego te patris ⁊ filij baptizo in nomine spiritussancti:vel nisi intendat inducere errorem ⁊ nouam formam vt ibi per eos:⁊ patet ex predictis: ⁊ latius dicetur in articulo seq.dum tradaz quomodo ordo sit de forma. Et predicta dixisse placet quia quando reperiretur necessaria in aliquo casu verborū formula possēt aperiri ex predictis via decidendi plura dubia occurrentia. Et alie questiones hic cadere valentes decidentur ex dicēdis in sequentibus membris.

Preposteratio an noceat:qñ exigit vbor formula.

Et quia ex predictis patet q vbi ad certum actum explicandum est prefixa certa verborum formula nō potest actus per alia verba explicari:facit ad hoc tex.in.§.j.in prin.iūcto versi.sed hec:insti.de verb.oblig.⁊ vult Panor.in.c.ad audientiam su.j.nō.de appel.⁊ aliqd dicit in.c.pe. de iureiur.

Et ex predictis remanet expeditum primū membrum qñ constat ex mente vel dispositione expressa q verborum formula sit tradita pro forma. Aliquando vero ⁊ secundo casu verba in genere sunt de forma sz non certa verba nec aliqua verborum formula:vt videmus in verborū obligatione in qua pro forma verba exiguntur:⁊ nō certa forma verbor seu certa verba vt patet in.l.j.in prin.iuncto.§.si quis ita ⁊.§.si. ff.de verbo.obliga.⁊ est text.notabilis insti.eo.§.in hac in prin.iuncto versi.sed hec solemnia verba:⁊ tunc satisfit per quecūq verba apta consensum exprimere:vt in.d.§.si quis ita ⁊.d.§.sz hec:nec refert an dicantur in vno idiomate magis q̄ in alio:dummodo intelligantur insti.eo.§.verum.d. l.j.§.fi.⁊ ideo dixi verba debere esse apta ad exprimendum consensum:quia si quis dicendo A vellet significare promittis ⁊ dicendo B vellet significare promitto:tunc non concipereetur verborum obligatio:nec valeret stipulatio:vt declarat glo.in.d.§.in hac versi.sed hec verba in glo.in verbo quibuscūq:⁊ dixi latius supra de conuenientia inter materiam ⁊ formam:sed quia Panor.in.d.c.ad audientiam per illum tex.primo notabili de appella.dixit q vbi ad certum actum explicandum non est prefixa solemnitas verborū sufficit exprimere conceptum ⁊ effectum rei:licet nō per propria verba etiam illi actui non conformia:quia verba deseruiunt intentioni non est e contra:ad quod etiam adducit.c.in his de verbo.significa.secus vbi solemnitas verborum requiritur.d.l.j.ff.de verbo.obliga.iunctis notatis per eum in.d. c.penul.de iureiuran. Est aduertendum q non contradicit glo.predicte:que [illegible]quitur de verbis penitus inhabilibus proprie ⁊ improprie illa sumendo. Item Panor.loquitur vbi nec verba nec formula verborū sunt necessaria. Per predicta patet q si interrogatus an velit dare decem respondeat:quid ni: contrahitur obligatio que dicitur verborum .d.l.j.§.si quis ita.idē si quis interrogetur:an velit dare duos solidos ⁊ respondeat q vult dare.xxiiij.denarios:vt notatur in.l.que extrinsecus.ff.de verbo.obligatio.quod non procederet in tesibus interrogatis circa formalitatem verborum vt ibi per Alex.⁊ dixi supra eo.in membro prece.

Non refert an verba exprimantur i vno idiomate vel alio.

Sufficit qñ vba nō sunt de forma exprimere cōceptū mētis per verba ēt non conformia actui ⁊ expollētia.

Simile in matrimonio retēta illa opinione q verba sint de substantia in valentibus loqui: quia sufficit per quevis verba consensum exprimere.c.ex litteris el.j.⁊.c.ex parte de spon.iunctis ibi notatis:iunctis notatis in.c.tue fraternitatis eo.ti.⁊ sic de similibus:⁊ quando talis verborum forma exigitur habens facultatem extendendi instrumentum vel virtute dictionis ⁊c.iuxta nō.per Bart.⁊ alios in.l.gallus §.idem credendum.ff.de libe.⁊ posthu.vel virtute clausule dictamine sapientis iuxta nō.in.l.illa institutio.ff.de here. insti.non potest addere tale quid exigens verborum formā: ideo non potest tunc per notarium addi iuramentum in extensione instrumenti sm Anto.de but.⁊ Panor.in.c.pen. de iureiuran.eo quia iuramentum requirit verborum formam:vt ibi notatur ⁊ idem de stipulatione declarando vt per Sozi.d.§.idem credendum in.iij.col.

Ubi verba sunt de forma non pōt fieri extēsio dictiōis ⁊c. vel dictamine sapiētis.

Aliquando vero certum quid exprimi mandatur pro forma nō data aliter formula vel expssioni:tunc verbor formula non est de forma:vt patet in filio quez pater pro forma in testamēto tenetur instituere vel exheredare.l.inter cetera ff.de libe.⁊ posthu.⁊ filius exheredandus debet pro forma nominatim exheredari.l.j.⁊.ij.ff.eo.⁊ instituendus debet honorabili titulo istitutionis institui:⁊ aliter q nisi filius instituatur honorabili titulo institutionis testamentum redditur nullum ⁊ filius censetur pteritus esto q ei aliquid legetur in testamento.§.aliud quoq capitulum in auten.vt cum de appel.co.⁊ notatur plene in autē.nouissima vbi dominus meus Jas.C.de inoffic.testa. Et tamen si testator relinquat filio quottam hereditatis applicando verbum relin quo ad vniuersitatem bonorum:tunc verbum relinquo importabit institutionem:vt est glo.in verbo relictis in.§.si vero nullam in autē.de here.⁊ fal.habetur per Bart.in.l.his verbis in prin.ff.de here.insti.vbi Bald.Ange.⁊ alij ⁊ per Bar.in.l.omnis per illum tex.in verbo relinquo.ff.de testa. mili.cum concor.de quibus per Alex.in.l.nam quod.§.non omnis.ff.ad trebel.⁊ dominum meum Jaso.in.d.auenti. nouissima. Item potest exheredari nō expresso nomine.d. l.ij.⁊ seq.si aliter demonstretur vt ibi:finale in matrimonio: quia retenta opinione q in eo verba exigantur inter valentes loqui:de qua supra quādoq dixi non refert per que verba consensus exprimatur vt per Panor.⁊ doc.in.c.si inter de sponsa.

Simile est in sententijs in quibus exigitur pro forma:q exprimatur

exprimatur condemnatio vel absolutio seu verbuz condēno vel absoluo: ⁊ tamen sufficiunt alia verba hoc importantia seu istis equipollentia: vt habetur ex tex. ⁊ notatis in.l.pres ses.C.de senten. ⁊ interlo.om.iudi. ⁊ in.l.in summa.ff.de re iudi. ⁊ late Alex.in.l.j.prope fi.cōmen.eo.tit. vbi dicit valere sententiam ⁊ equipollere: si iudex dicat non video: cur titium scio nōn condemnem: vel si dicat credo titium debere decem scio: vel si dicat pronuncio sicut in consilio continetur: ⁊ sic per relationem ad aliud ⁊ sic de alijs per iura ibi ⁊ in predictis locis allegata. Et hoc est quod dicit text. in.l.scire leges.ff.de legi.q vis verborum non verba sunt attendenda. Sed in sententijs habet minus dubitationis: quia tex.in.d.l.in summa dicit debere exprimi condemnationem aut absolutionem vel equipollens: de qua materia etiam dicetur.j.eo.§.versi.sed quid de eo quod exprimitur per relationem ad aliud.

¶ Ceterum hoc fortificatur: quia sm cōmunem opinionē doc. tutor tenetur promittere vtilia ⁊ inutilia pretermittere: ⁊ vlterius pupillū indefensum sine vlla dilatione non relinquere per tex.in.l.fi.§.omnem.C.de admi.tu. ita q nō sufficiat promissio vtilia faciendi ⁊ inutilia pretermittendi: quamuis virtualiter includat promissionem de non dimittendo pupillū indefensuz sm Bar.Cu.Ro.Alex. ⁊ magis cōmuniter scribentes in.l.pretor ait in prin.ff.de ope.no.nun. ⁊ Barto. ⁊ Ange.in.d.§.omnem ⁊ Bar. ⁊ Cu.in.l.legitimos in prin. ff.de legi.tu. cum concor. allegatis per Alex. ⁊ Modernos in.d.l.pretor ait in prin. Et tamē non est necessarium q formaliter apponantur verba posita ⁊ expressa in.d.§.omnem sed sufficerent equipollētia sm Bal.in.d.§.omnem: ⁊ Bal. ⁊ Alex.in.d.l.pretor ait in prin. vbi etiā do.meus Jas.eo q iura magis considerant effectum q sonum verborum.l. quoniam indignum.C.de testa. ⁊ q formule verborum sunt sublate: dūmodo retineatur effectum vt ibi ⁊.l.j. ⁊.ij.C.de for.subla. Et idem vult in proposito isto Bal.in.c.ex parte M.vj.col.ii.de appel. dicens sufficere verba equipollentia que tantūdem importent. Plus voluit ipse Bald.in addi. spec.in ti.de tuto.vlti.col.versi.tutor tenetur q sufficiat promissio de defendendo esto q non apponantur illa verba sine vlla dilatione tanq promissio de defendendo explicite sit de forma: ita q omissio illorum verborum sine vlla dilatione non viciet. Sed q opinio Bart. est cōmunis vt patet ex notatis in.d.l.ait pretor in prin. tenenduz est q expressio illorum verborum sine vlla dilatione vel sic vel equipollenter sit de forma: ⁊ necessaria p pdicta ⁊ ea que.j.pxi.dicent.

¶ Et est aduertendum sm Bal.in.l.iurisiurandi.j.col.C. de testi.q vbi requiritur certa expressio forme: non sufficiāt verba enunciatiua vt in iuramento testis: quod requiritur pro forma.d.l.iurisiurandi ⁊ dicti.§.quis possit tollere formam: nam non sufficit si notarius qui scribit depositionem testis ⁊ formam depositionis dicat talis testis iuratus ⁊c. nisi ex forma exprimatur per nō.per glo. ⁊ Joan.an.in nouel.in.c.vt circa de elec.q in teste requiritur certa verborū expressio: vt per glo.in.d.l.iurisiurādi ⁊ Bal.ibi loco preallegato: facit quod dicetur.j.prope fi.huius.§.q quia iuramentum exigit expressionem verborum: non sufficit relatio ad aliud: puta promitto per iuramentū alias prestitum: vt habetur in.c.penul.de iureiuran. vbi Panor.de qua materia an quando aliquid requiritur pro forma possit verificari per verba enunciatiua est plenius dicendum loco suo: videlicet in articulo de probatione ⁊ presumptione forme.

Uerba enūciatiua non sufficiūt: vbi certa expressio p forma requiritur.

¶ Item circa hoc mēbrū plures occurrunt alie questiones. Et primo an vbi lex vel disponens requirunt aliquid esse expressum vel exprimi debere sufficiat illud proponere vel exprimere verbis generalibus in hoc reperiuntur varie decisiones: quas dirimo per distinctionem infrascriptā. Nam aliquando requiritur aliquid exprimi per modum specificationis circa ea que se habēt vt genus ⁊ species vel vt totum ⁊ pars: ⁊ tūc putare debemus q exigatur specificatio ad demonstrandum q ius vel disponens: nō intendit sufficere generalitatem vel esse in genere vel in confuso expressum: vt patet ex tex.in.l.scire oportet.§.scire autem oportet quē ad hoc notat Bal.ff.de excu.tut. dum excusatio ibi debet specialiter ⁊ nominatim proponi nō generaliter vel in confuso. Idem patet ex glo. ⁊ notatis per doct.in cle.pastoralis de excep. dum exceptiones debent specifice ⁊ nominatim proponi: ⁊ faciunt que de casibus fortuitis ⁊ insolitis exprimendis dicuntur: ⁊ habetur in.l.sed ⁊ si quis.§.quesitum vbi multa ad propositum cumulantur.ff.si quis cau. iunctis his que cumulauit ad ista Barba.consil.lij.vlti.colū.ij.volu. ⁊ faciunt que dixit Aug.are.in.§.actionum circa.vj.vel.vij. chartam in:insti.de actio. ⁊ Bar.in.l.legitimos.ff.de legi.tu. Simile patet in renunciationibus quando ius exigit in specie alicui iuri expresse renunciari: quia non sufficit generalis renunciatio: vt videmus in legitima.l.si quando.§. ⁊ generaliter.C.de inoffi.testa. naz vt ibi patet iunctis ibi notatis per Albe.Bal. ⁊ Moder. ⁊ Ange.in.l.de his.ff.de trāsac. cum concor.de quibus per Alex.consil.ix.incipi.visis subtilissimis.iij.volu. non sufficit q filius generaliter vocauerit se tacitum ⁊ contentum de relictis sibi factis in testamento vt excludatur a legitima.

Ubi aliqd requirit esse expssum: an sufficiat exprimere verbis generalibus.

¶ Sic est in filio qui debet heres institui: nec sufficit ei quocunque relicti titulo relinquere sed titulo institutionis pro forma.§.aliud quoq capitulum in auten.vt cum de appel. cog. nam relictum est generale ad heredis institutionem legataq ⁊ fideicōmissa: vnde non sufficit in genere ei relinqui vt dictum fuit.s.in membro precedenti.

¶ Sic ⁊ vbi de persona debet fieri specialis mentio seu expressa: non sufficit q fiat verbis generalibus: puta contra quascunque personas cuiuscunque gradus status ⁊ qualitatis existant aut conditionis: sed requiritur q fiat singularis mētio: vt est Glo.singularis approbata in.c.inquisitores in verbo expresse de hereti.in.vj.notatur per Bal. ⁊ docto.in.l.j.C. quando imper.inter.pu. ⁊ vidu. facit quod dicitur de clausula anteferri: de qua habetur in.c.pe.de preben.in.vj. ⁊ in c.pe.de conces.prebend.eo.lib. ⁊ per Fely.in.c.causam que versi.clausula anteferri ⁊ in.c.capitulum.vj.col.versi.fallit tertio de rescrip. de quibus dicetur latius.j.ea.charta cū seq.

¶ Simile potest dici de clausula non obstante tali lege: quando lex requirit fieri specialem ⁊ expressam derogationem iuxta nō.in.l.fi.C.si contra ius vel vtili.pu. declarādo vt ibi ⁊ etiā prout in.l.si quis in prin.testamenti.ff.de leg.iij. ex quibus ibi dictis limitari potest ista particula ⁊ hoc membrum.

¶ Et frequentius inuenitur ius exigere specificationē eius quod potest venire in generali vel vniuersali sermone vel fauore ⁊ priuilegio persone aut rei aut eius odio vel ad tollendum captationes vel ne quis incaute ⁊ sub inuolucro ⁊ generalitate verbor dammum incurrat vel alicui dammum inferatur quod verisimiliter in specie nō incurreret vel non infereretur: vt patet in multis ex iuribus predictis ⁊ ex his que.j.proxi.dicentur in sequenti membro in.ij.fallentia.

¶ Aliquando ⁊ secundo casu non sumus in casu in quo ius vel disponens exigat specificationem alicuius speciei vel indiuidui aut particularis sub genere vel toto aut vniuersitate comprehensi: vt quia in aliquo certo aut specifico casu exigatur aliquid exprimi: non habito respectu ad generalitatē totū vel vniuersalitatē: vel quia sumus in aliquo indiuiduo in quo aliquid exprimi mandetur. Et tunc stat regula q sufficiat exprimi verbis generalibus ad effectū vt habeatur pro expresso: quia quod continetur sub generalitate verborum dicitur expressum: vt notat glo.in.l.fi.C.qō cum eo ⁊ Bar. in.l.j.in prin.ij.col. vbi Moderni.ff.de vulga. ⁊ pupilla. vbi tradit q tribus modis: dicitur aliquid expressum: habetur per Barto.in.l.fi.C.si contra ius vel vti.pu. ⁊ in.l.si quis in prin.testamenti.ff.de legatis.iij. ⁊ in.l.j.in fi.ff.si quis in ius voca.non ierit per Bald.in.c.si pater in materia vulgaris substitutionis.ff.de vulga. ⁊ pupil. ⁊ in.l.edita.xv.col.C.de eden. ⁊ in.l.humanum.C.de legi. cum simili. immo plus eo casu sufficit tacite colligi illud exprimendum virtute aliorū verborum expressorum: vt est tex.cum glo.in.d.l.pretor ait in prin. vbi Bar. ⁊ alij volentes per illum text.in verbo expressum cum glo. que dicit tacite q illud dicatur expressum quod licet non exprimatur verbis specificis: tacite tamen colligitur ex mente vel ex ratione: ita q contentum seu comprehensum ex mente ⁊ ratione dicatur in dispositione expressum: vt ibi ⁊.l.nominis ⁊ rei.§.verbum ex lege.ff.de verborum significatio.

¶ Sic ⁊ illud dicitur euidens: quod ex cōiecturis apparet l.licet imperator in prin.ff.de lega.j.l.si quis locuplet.ff.de manu.testa. Ideo illud dicitur expressuz: qō euidentibus signis exprimitur nō tm verbis: vt est gl.nō.iuncto tex.l.l.itē q in verbo inuitus quā Bal.ibi notat ad hoc.ff.de pac. facit ad hec regula tex.in.c.cū olim in fi.in verbo patebat expresse de cēsi.

per quem tex. notant ibi Anto. de but. & Panor. q instrumentum dicitur probare non tantum illud qd in eo directe cõtinetur: sed etiam qd indirecte colligitur per necessariam consequentiã. Et expressum reputatur qd tacite agitur inter contrahentes. l. ita stipulatus in prin. & l. triticũ. ff. de verb. obli. & l. cũ quid. ff. si cer. pe. vbi traditur illa materia q par est virtus taciti & expressi. sic expressio eorum que tacite insunt nihil operatur vt ibi & l. iij. ff. de lega. j. & sm Panor. in. c. super questionum in prin. ij. col. de offi. dele. per illũ tex. in verbo liquido: si intentio scribentis elicitur ex scriptura: dicitur liquido probari facit. l. licet imperator. ff. de lega. j. Et cõsuluit Pe. de anch. consi. clxxvi. incip. visa diligẽter gratia circa intellectũ bulle apostolice concesse populo ferrariensi: per quam priuabantur non expressi in inuestitura si eam nõ petierint. j. tantum tempus. q illi dicantur expressi qui tacite comprehenduntur ex verbis inuestiture sumpta interpretatione a iure cõmuni & subdit generaliter q vbicũqz requiritur expressio in personis vel rebus sufficit: q includantur sub natura verbi expressi: vt ibi plenius per eum. Et consuluit Ang. consi. incip. comes brandisinus penult. col. in fi. q illud dicatur expresse fieri: qd tacite inest ex natura verbi illud importantis per. d. l. pretor in prin. cũ glo. & ibi notatis. Et multa alia similia colligit Fely. i. c. trãslato. ij. col. de consti. versic. sed contra predicta que non transcribo. Et propterea Ange. in. d. l. pretor ait in prin. vbi etiã Alex. ex predictis infert ad intellectum cle. appellanti de appel. q appellãs ab interlocutoria satis dicatur causas grauaminis exprimere si necessarie cõprehendantur ex verbis expressis in appellatione: licet specifice non exprimantur nec in indiuiduo: qd dictum etiaz refert Fely. in. d. c. translato.

¶ Predicta regula limitatur sm Fely. in. d. c. trãslato & in. c. ad aures. vij. col. versi. nona conclusio: nisi requiratur expressa mentio pro forma vel nisi sit data forma expressioni: q tunc etiam per equipollens nõ sufficeret exprimi: nisi essent verba omnino similia: & idem per omnia importantia per nõ. in. d. cle. appellanti de appel. & in. c. ij. de oper. no. nun. alr de testi. cog. & ita dicit debere intelligi. l. fi. §. oẽm. C. de admi. tu. attenta cõmuni opi. quã. s. retuli hoc co. membro versi. ceterum: dum tutor tenetur promittere vtilia facere & inutilia pretermittere & pupillum sine mora indefensum non relinquere: q necesse est pmittere nõ relinquere indefensum per illa vel consimilia & ita specifica verba ac idẽ importantia non in genere: qũuis ista promissio cõprehendatur in genere sub promissione de vtilia faciendo & inutilia pretermittendo vt dixi in. d. versi. ceterum: propter qd sm Fely. d. §. ad aures versi. nona conclusio: vbicũqz datur certa forma expressioni fiende semper illa est necessaria. c. si motu proprio in verbo quantũcunqz modicum de preben. in. vj. & ad id qd dixi de verbis omnino equipollentibus: facit qd dicit Inn. in. c. i. de baptis. q licet pro forma baptismi dicendum sit in nomine patris & filij &c. tamen si loco & poneretur cõiunctio qz hoc modo in nomine patris filijqz valeret propter idẽtitatem & omnimodam similitudinem terminiqz cũ termino: & de quo dixi. s. co. quando formula verborum est de forma & sm Fely. vbi. s. idem est si in lege vel prouisione dicatur: q aliquid dicatur expressim vel exprimatur sigillatim singulariter vel per consimilia verba: q iste adiectiones significant q hac expressa mẽtio: adeo vt tacita nõ sufficiat: & patet ex tex. in cle. constitutionem de elec. vbi sm Anto. de but. & Imol. nõ sufficit aliquid exprimi verbis generalibus: qñ requiritur expressa mentio vel singularis: & ita potest itelligi glo. in. d. c. inquisitores in verbo expresse de heret. in. vj. & probat in. c. vt circa in verbo omnia & singula de elec. in. vj. & in. c. presentium de testi. cum ibi notatis & in. c. dilectus filius abbas de rescrip. & in. c. ex parte de offi. ordi. Idez si dicatur noiatim fieri. l. j. & ij. cũ ibi notatis. ff. de lib. & postbu. l. nominatim. ff. de condi. & demõ. tex. cum glo. in verbo nominatim in cle. j. de vi. & ho. cle. nec enim qd fit in genere dicitur nominatim fieri. l. j. §. si diperit aliquis. ff. de publica. l. seruis vrbanis. §. fi. ff. de lega. iij. l. item apud labeonem. §. hoc autem. ff. de iniur. vbi patet q specialia plus mouent & operantur qz generalia: maxime cum non egeant alia declaratione: sicut generalia. l. emptor. §. lucius. ff. de pact. l. cum acquiliana. ff. de transac. Et hec sunt de mente Domi. in. c. hum anu. j. distin. circa. iij. colũ. dicentis q vbicũqz in rescriptis beneficialibus requiritur fieri expressa mentio: nõ sufficiat id qd descendit ex verborum cõsequentia: & Panor. in d. c. ad aures: dũ ibi requiritur in tex. exprimi nomen dignitatis & Panor. in prin. cõmen. dicit non exprimi nomen: nisi explicite exprimatur nõ si in genere & implicite: sentiens aliud esse si dicatur exprimẽdum esse dignitatem: aliud exprimendum esse nomen dignitatis quasi nominatim sit facienda expressio: vel potest dici q ibi expressio est de forma in concessione talis rescripti iuxta generalitatem huius fallentie: & potest assignari ratio rationis q in. d. c. ad aures expressio fit ad instruendum superiorem de dignitate: vnde tunc censendũ est sensum fuisse de speciali & noiatim facta expressione per quã res melius significatur: & apertius declaratur & sine ambiguitate: vt proxime dixi cuz generalitas egeat declaratione per suas species facienda.

¶ Insuper dicitur expressio requiri p forma & data forma expressioni: si mandatur exprimi verbis sm Anto. de but. & Domi. i. d. c. trãslato: nec tũc sufficit tacite colligi vt p Bar. ac do. meum Iaso. in. d. l. pretor ait in. ij. & iij. col. in prin. ff. de ope. no. num. Ex quo inferunt q stante statuto q positionibus respondeatur verbis expressis non sufficiet: si in positione ponatur vnum verbum per qd aliud sequitur: & ita intelligit Bar. vbi. s. en. l. fi. §. omnem. C. de admi. tu. de quo dixi. s. eo. mẽbro ver. ceterum: vel vt puto ibi & generaliter dicitur expressio tradi pro forma: quãdo lex vult aliquid exprimi in genere & postea in specie: q ex quo procedit vltra: declarando q vult in specie exprimi illud qd continebatur sub genere est signum: q non remanet contenta generali expressione: nam per promissionem de faciendo vtilia & pretermittendo inutilia erat virtualiter & in genere promissum de non dimittendo pupillum indefensum: & tamen lex non contenta illa generalitate voluit illa verba specialiter exprimi: & sic esse pro forma sm cõmunez opi. ibi relatam. Ex quibus iura iuribus concordando stat simul q aliqd virtualiter aut tacite insurgẽs dici enunciari vel narrari possit esse expssuz vt in. d. l. ptor ait in prin. cũ glo. in verbo tacite alias expssum ff. de ope. no. nun. dum dicit q ex quo edictum mandat destrui opus factum post nunciationẽ: videtur expresse vetare ne fiat cum concor. allegatis: & q talis tacita expressio non sufficiat vbi pro forma traditur seu traditum censetur q aliquid exprimendum sit. Quod autem dixi nominatim exprimi esse de forma est intelligendum sm nõ. in. l. j. ff. de libe. & postbu. q aut hoc dicitur ad demonstrationez simpliciter: aut vt sit pro forma: de quo dicetur in seq. articulo & quãdo sumus in nominibus proprijs: non dicitur forma seruata nomine proprio non expresso vt ibi per doct. cõmuniter secus quando sumus in nomine appellatiuo q non refert: an illa res nominetur nomine expresso. an alio specifico nomine illi rei congruenti: vt ibi traditur quasi verba & non verborum formula sint pro forma tradita: vt dixi. s. eo. post Bal. in. c. ex parte. ij. cũ concor. de appel. Et q vbi exigitur pro forma expressa & specialis mentio non sufficiat verbis generalibus facere: vult etiam Alex. cõsil. cl. incip. in causa & lite. iij. volu. tex. in. c. qũuis vbi L. apus Abba. & Domi. ibi nisi hoc expresse diximus de rescrip. in. vj. Idem si dicatur specialis & expressa mentio. c. ij. in fi. de preben. in. vj. vel specialis mentio tex. cum glo. in verbo specialis in cle. ij. de offi. ordi. licet possit dici q ibi subsit materia beneficiorum & odiosa: vt infra tertia fallentia.

Virtualiter aut tacite contentũ anbabeatur pro expressio.

¶ Et ad istud q quando lex exigit pro forma vel solennitate specialem expressionem vel aliquid specialiter dici vel specialiter renunciari: non sufficiat generalis expressio vel renunciatio faciunt nõ. p Ang. in. l. qui rome. §. duo fratres. ij. q. vbi et Imol. & Alex. in. xxix. col. ff. de verb. obl. q quo ad hoc concordant: licet in casu subiecto discordent: volentes tunc actum esse nullum. Nisi sm Alexã. talis actus fiat cum iuramento: quia tunc valet quãdo talis solennitas vel forma est de iure positiuo: de quo an in actu iurato necessaria sit solennitas a iure inducta: latius dicet. j. l. arti. ex qbus cõsistunt forma.

Iuramẽtũ.

¶ Et disputant Ange. Imol. & Alex. vbi. s. an quando lex exigit aliquid esse cognitum vel cogitatum: illud dicatur de forma vel solennitate: & an sufficiat esse cognitum vel cogitatum in genere vel in confuso. Ad que omnia faciunt que dicentur in seq. limitatione: & forte dicam. j. in fallẽtijs ad regulam de forma non seruata: & cõmunis conclusio est q iuramentum non habeat vim specifici & expressi vt per Bart. & doc. in. l. sed & si quis. §. quesitum. ff. si quis cau.

¶ Secundo fallit

precedens est cõmunior:quam sequuntur magis communiter scribentes in dicta auctentica quod sine ⁊ Jmol.in dicta l.quotiens.§.primo penulti.columna vbi dicit instrumenta testamenta ⁊ rescripta in quibus sint note numerales puta C.vel.x.vel.v.⁊ similes vel signa abbachistarum non viciari ex eo.

¶ Quedam vero sunt note seu signa que licet sint in vsu ⁊ cognita non tamen habent certam ⁊ determinatam ac vniformem significatiõem vt dictio ⁊c. abbreuiate scripta que vt dixi supra post docto.in.l.gallus.§.idem credendum.ff. de liberis ⁊ posthumis intelligitur primo secundum naturã actus aut consuetudinem notarij in talibus actibus solitaꝫ seruari:⁊ si non appareat de talibus actibus intelligitur secũdum cõsuetudinem in similibus seruari solitam:⁊ si de his non appareat secundum communem consuetudinem notariorum que si non appareat aut sit varia importat substãtialia non autem accidentalia vt habetur in dicto.§.idem credendum.ideo Bald.in.l.hac consultissima in principio.C. de testamen.si dicatur in imbreuiatura testamenti presentibus testibus ⁊c.presumitur interuenisse solemnitas communis rogitꝰ q: ista dictio ⁊c.est roboratiua ⁊ ãpliatiua ex interpretatione siue breuiloque loqutionis ⁊ tunc talis significatio vel importantia dicti signi ⁊c.non dicitur de solẽnitate scripture licet ex scriptura iuncta dicta consuetudine seu dicto iuris adminiculo ⁊ consequenter per quoddam medium virtualiter eliciatur propter quod adminiculum habetur illud quod ex ea signatur pro nuncupato non autem pro scripto. Et ideo in actibus exigentibus scripturam pro forma vel solemnitate illa dictio abbreuiata nihil significat ⁊ non potest extendi prout est in appellationibus ⁊ sententijs vt est communis conclusio in dicto.§.idem credendum in dicta.l. gallus.ff.de liberis ⁊ posthumis.Unde in actibus exigentibus scripturam clausula in qua est dictum signum ⁊c. dicitur imperfecte scripta ⁊ cum talis contractus sit primo scribendus ⁊ postea publicandus iuxta.l.cõtractus.C.de fide instrumentorũ non poterit postea vt credo extendi citra crimen falsi per predicta ⁊ nota.per Bald.⁊ Salyc.in dicta.l. contractus ⁊ docto.in dicto.§.idem credendum.

¶ Quedam vero sunt zifre seu signa inusitata ⁊ incognita ⁊ per ista signa scriptura non probat sed viciatur puta si per signum tabellionatus alicuius notarij in quo notarius representat suum nomen ⁊ cognomen per duas litteras vel per duas sillabas vellem scribere suum nomen in mea scriptura vel si quis faceret litteras nouas prout vidi vel loco dictionum vteretur signis nomen dictionis habentibus vt quotidie videmus per nota.in.l.sed cum patrono.§.fi.ff.de bonorum possessione cum glo.sua nec enim vt dicit ibi text.tales note nostre littere sunt.Et hoc vbi scriptura ẽ de forma ⁊ de solemnitate quia tunc tales note non probant ⁊ viciant scripturam.Quod si ponantur ĩ materia in qua scriptura nõ est de forma vel solemnitate sed solum fit ad probationem tunc secundum Bald.⁊ Jmol.in dicta.l.quotiens.§.primo tales note ⁊ zifre incognite ⁊ non vsitate licet non probent non tamen viciant ⁊ perinde est ac si scriptura earũ non eẽt facta ar.l.prime post prin.ff.de inu.rupt.⁊.l.sed si pupillus §.proscribere.ff.de instito.

¶ An autem in dubio scriptura sit censenda de forma ⁊ solemnitate Paulus de castro consilio secundo in antiquis in principio dicit ꝙ non sed ad probationem.inferens ꝙ statutum arctans producentem instrumentum mandati ad faciẽdum mentionem de nomine notarij ꝙ non teneatur pro forma scribi facere in actis nomen ipsius notarij ita ꝙ possit talis nominatio per testes probari vt ibi latius per eum ⁊ secũdum Jnnocen.in capitulo primo de his que fiunt a prela. sine consen.ca.subscriptio testium vel partis regulariter nõ est de forma vel solemnitate nisi in casibus a iure expressis vel quando ita se haberet consuetudo ⁊ probat tex.in auctẽtico de fide instrumenoꝝ.§.sed si instrumenta vbi ita tenet glos.quamuis contrarium dicat glo.in.l.generali.C.de tabu.libro decimo cõtra quam est communis opinio ⁊ decisio Johannis An.in additio.Specu.in titulo de instru.edi.§. instrumentum in addi.incipiente dicit accursius ⁊ ita trãsit Barba.in Rubrica de fide instrumẽtorum in.xlvij.colum.

Scriptura ĩ dubio an sit de forma.

potest

potest autē subscriptio etiā certi ꝛ determinati tabularij esse de forma si lex vel statutū ita mādent: vt patet in.l.j.C.de cō ne.si.debi.lib.x.ꝛ notat Ro.consi.cciij.incipi. quo ad pmū. primo dubio.reliqua.s.eo.versicu.

Scriptura qñ est d̄ forma an d̄eat eē publica.

¶ Queri etiā potest an qñ scriptura est de forma debeat esse publica vel priuata: decisio colligitur ex eo qđ dicitur. isti.d̄ testa.in prin.ꝛ.C.eo.l.hac ꝯsultissima.in pn̄.de testib̄ in scri ptis: ꝛ ex eo qđ dixit Panor.in.c.qꝛ ppter.in prin.iij.col.de ele.ꝛ si ex mēte disponētis aut materia subiecta pcipi nō pōt in dubio pōt intelligi ēt de priuata: vt ibi plene colligitur.

Quis dicat legisse.

¶ Item quero quis dicatur legisse scripturā: ꝛ an ille q̄ suc cincte non legit. Bar.ꝛ Bal.in.l.j.in prin.ff.de his q̄ in te sta.delen.ꝛ Feli.late in prohemio decre.vij.colum.

Ubi scptu ra est d̄ sola an possit p testes pro bari.

¶ Quero insup an in actibus exigentibus scripturaꝫ possit tenor probari per testes forte si scriptura nō repiatur vel sit amissa. d̄ hoc habet in.l.cū proponebatur.ff. de legi. vbi gl. Bar.Bal.ꝛ Pau.de ca.ꝛ in.l.errore.C.de testa.vbi Ale. ꝛ moder.ꝛ late per do.meū Jaso.in.l.iij.iiij.colum.cū seqn. C.de bo.pos.contra tabu.cū cōcor.de qbus per Pau. d̄ cas. in.l.iurisgentiū.§.qđ fere.ff.de pac.vbi do.meus in fi.cōmē. ꝛ Pau.de ca.cōsi.ii.in antiquis.ꝛ in.l. hēdes palā.§.j.in fi. cōmē.ff.de testa.ꝛ est mā tractāda in articu.de pbatiōe sole.

Verbū ob scuꝝ an pos sit p testes declarari.

¶ Insuper quero an verbū obscurū vel omissum in actibus exigentibus scripturā possit per testes suppleri vel declara ri.Bal.in.l.fi.C.de fideicō.ꝛ Angel.in.l. quotiens.§.j.ff.de here.insti.tenuerunt ꝙ sic.ꝛ Bal.ꝛ moderni in.l.certi con ditio.§.quoniam.ff.si certum peta.ꝛ Fran.de are.in.l. si ita stipulatus.§.grisogonus.ff.de verbo. obliga.

Subscribēs an hēat pro scribēte.

¶ Item quero an subscribens habeatur pro scribente. An ge.in.l.ita stipulatus.§.grisogon⁹.ff.de ver.obli. vbi tradit hec materia tenuit ꝙ sic dicens ꝙ statutum disponēs ꝙ scri ptura manu debitoris scripta habeat executionē parataꝫ ha bet effectū etiaꝫ in scriptura a tertio scripta ꝛ manu debitoris subscripta: eo qꝛ subscribens totā scripturam scripsisse virtua liter censet: cū qua opinione transeunt ibi cōiter docto.ꝛ mo derni: maxime Alexan.ꝛ facit.l.j.§.inter filiū.ꝛ.l. diuus.in prin.ꝛ.§.subscribere.ff.de fal.ꝛ tex.iuncta glo.in verbo ha betur.in.l.emptor.§.lucius.vbi solet tāgi hec materia .ff. de pac.per quem tex.cū glo.dicēt ibi Bar.ꝛ Bal. ꝙ subscribēs se scripture per aliuꝫ facte ita sibi preiudicat ac si totā scriptu ram scripsisset: pro quo sm̄ Alexā.ꝛ Are.in dicto.§. grisogo nus.facit qđ voluit Bal.in aut.cōtra qui ppriā.C. de nō nu mera.pecu.vbi voluit ꝙ dispositio illius aut.loquēs in negā te proriā scripturam habeat locuꝫ in negante scripturam a se subscriptam: per tex.in.l.cū antiquitas.§.fi. vbi etiā traditur de hac materia.C.de testa.qui vult ꝙ ideꝫ valet scriptura ex tensa manu testatoris qđ subscripta.facit tex.in.l.j. circa me dium.ff.de cōsti.prin.ꝛ in.l.si per eplam.in verbo subscripse rit.ff.de acq.here.vbi probatur ꝙ subscriptio principis ideꝫ opatur qđ epistola sua.Ex quo gn̄aliter inferunt docto. vbi. supra ꝙ statutū loquens ꝫ scribentē hꝫ locum ꝫ subscribēteꝫ. Alias sm̄ Ange.quē Jmol.in.d.§. grisogonus.refert voce dixisse sequeretur absurdū: ꝛ posset insurgere iniquitas si tar dus in scribendo vellet contrahere sm̄ formam statuti in re exigente celeritatē: ꝛ propter multitudinē scripturarum non posset in modico tempore scribere si non posset d̄ iure facere scribi per alium ꝛ non sufficeret subscriptio.

¶ Predicta procederent nisi exp̄ssio vel scriptura sit de for ma: quia tunc subscribens non hēτur pro scribēnte sm̄ Fran. de are.in.d.§.grisogonus.in.iij.col.per illum tex.ꝛ.l.cū an tiqtas.in fi.C.de testa. cōsiderata dispositione iuris antiqui que vbi corrigit. In casu illo tm̄.allegat etiā nota.per Ang.i l.si quis ex argentarijs.§.j.ff.de eden.ꝛ qꝛ in iuramento req ritur formalis expressio nō sufficit iurare sibi deberi per iu ramentum alis prestitum: vt habetur in capitu. penul.de iu reiuran.vbi Panor.ꝛ alij. Reliqua pn̄t videri per dominū meum Jaso.in.l.emptor.§.lucius.j.ꝛ.ij.colum.ff.de pac.

Personali tas ē d̄ sola.

¶ Quadragesimoqnto. Personalitas vt etiā dixi.s.eo.dr̄ de forma adeo vt nō liceat a persona recedere: vt per Bal.i l.j.§.ne autē.in princi.cōmen.iūcto discursu.C.de cadu.tol. ꝛ notatur in.c.quorundam.xliij.distin.vbi domi. Preposi. dicens ꝙ in his que sunt de forma non pōt ab ea recedi: nec ratiōe persone nec ratione materie: nec rōne tēporis. Et ibi

Qñ ꝛ q̄ pn̄t ꝛ non pn̄t p aliuꝫ ipleri.

tangit post Archi.an per alium explicari possit. Et an duo imperfecta ꝯiungantur ad faciendū vnum perfectū. Jđ tex. in.c.lꝫ ex quadā.de testi.ex quo exigit ꝙ testis deponat pro prio iuramento. allegatur ad hoc ꝙ lꝫ alis qs possit iurare p procuratorem habētem speciale mādatum: vt per Joā.and. in.c.fi.de iura.calū.in.v.vbi bonus.tex.ꝛ facit.c. pcurator. de ele.eo.lib.tm̄ testis non pōt iurare p procuratorē cū spāli mādato: ppterea qꝛ reqritur pro forma ꝙ ipse iuret dū tex.i d.c.lꝫ ex quadā.vult ꝙ testis iuret ppio iuramēto sm̄ bald. Pe.de ancha. Panor.ꝛ cōiter docto.ibi. Jdeo Bar. in.l. qui bona.§.qui aliena.ff.de dam.infec.vbi etiā Ro.ꝛ in sin gulari.viij.ꝛ.ix.ꝛ bal.in rubri.ff.de iureiu. circa pn̄. dicūt ꝙ testis non pōt iurare per pcuratorem spāliter cōstitutū nec etiam per nūciuꝫ qui cōcipit verba in personā dn̄i per.l.iiij. §.idē diuus.cū glo.in verbo testimonij.ff.de testi.ꝛ in.d.c. lꝫ ex quadā.ꝛ sm̄ Ro.in.d.§.qui aliena: iuramentum per qđ quis pbat propriā ignorātiā non pōt prestari per pcuratorē: eo qꝛ iura dicunt iurari ppria manu: vt in ca. si vero aliqs in verbo ppria manu.de sen.exc.ꝛ facit.c.vt circa.in verbo pro prium iuramētum.cū ibi notatis per glo.de ele.in.vj. Et sic qñ lex vult aliqd fieri ppria persona vel pprijs manibus: aut proprio iuramēto vel actu personalitas est de forma: ꝛ voluit Jo.an.in.d.c.vt circa.vbi late Gemi.§.penulti. examinans contrarietatē que fuit in hoc inter Archi. Jo.an.ꝛ Pau. d̄ leaza.qui tandē ita tꝫ cū modificatiōe.j.in limitatiōib⁹ dicē da: qꝛ sm̄ Jo.an.ibi psona vel manus tua nō est mea lꝫ iura mētum qđ cū spāli mādato prestas p me hn̄ sit meū in tantū ꝙ si sit falsuꝫ sim periurus.c.ij.ꝛ fi.de iureiu.in.vj.ꝛ.c.fi. de iu ra.calū.eo.li.ꝛ glo.que icipit quoꝝ iterest.in.c.j. de ele.eo. lib. Et cum predicta opiniōe ꝙ qñ exigit iuramētuꝫ propria manu nō liceat iurare per substitutum: transit Cardi. in cle. j.in.xxj.nota.de iureiu.per glo.ij.in.c.fi.de iura.calū. p quā ibi dicit Panor.in.iij.col.iuncto.c.j.de iudi.in.vj.ꝙ vbi lex reqrit pn̄tiā alicuius nō licet facere actū per pcuratorē: qꝛ il le dr̄ pn̄s qui exhibet se ꝯspectui: per glos. in.c.dudū.de se pul. Subdit ꝙ statutum puniēs facientem actū personaliter non includit facientē per aliuꝫ: per glo.in dicta cle. in verbo publice.de vita ꝛ ho.cle.que iuncto tex. vult ꝙ vbi psonalr̄ dr̄ aliquid fcm̄ intelligit per se non per aliū: secus dicit si nō esset appositū verbū personalr̄.c.si quis suadēte.xvij.q.iiij.iū cto.c.mulieres.de sen.excō.naꝫ sm̄ Panor.vbi.s. lꝫ in.d.c. si qs adsit verbū manus nō tm̄ adest aliud verbum pprias vel possumus dicere ꝙ dcm̄.c.in hoc recipit declarationē ꝛ de terminationē ab alijs iuribus: vꝫ a.d.ca.mulieres. prout ibi tenet Panor.ꝛ Cardi.in repe.c.perpendimus.circa pn̄. de sen.excō.ꝛ Jo.de ana.in.c.sicut dignū.viij.col.de homi. Et dixit Bal.in.l.infantes.ff.de fideicō.lib. ꝙ statutū puniens principalē non respondentē positiōibus non hꝫ locū in pcu ratore contumace sentiens ꝙ principalis persona ponat ibi per modum forme: ꝛ sm̄ Bal.in cōsi.xxv.incipi. casus super quo.in.col.j.volu.sm̄ penul.impssionē: nisi psone qbus pstat cautio de qua in.c.q̄q̄.de vsur.in.vj.sint de psonis que pn̄t illam recipere ad formam.d.decretalis nō valet ipsa cautio tanq̄ non sit seruata forma.

De v̄bis ipoztātis bus pso nalitatē.

¶ Predicta cōprobant per tex.in.l. p hac.in verbo pprijs manibus.C.de erro.mili.an.li.xij.p quē dicit ibi bart. ꝙ ad ministratores reipub.deputati ad solutiōes faciēdas nō pn̄t soluere per substitutū: nec substitutus tenet recipere solutio nem per pcuratorē. Et sic dixit Bal.in.l.j.§. ne autem. per illum tex.in v̄bo pprijs manibus.C.de cadu.tol.sequit Ro. in.l.j.§.si quis ita.iij.colum.ff.de verborū obligatio. ꝛ facit optimus tex.in.c.quicūq̄.in verbo pprijs manibus.queꝫ ad predicta notat ibi Gem.de heret.in.vj.ꝛ est gl.in .l. singu lo a.in verbo pprio sigillo.de testa.que dicit per illum tex. ꝙ quis non pōt illo casu se subscribere per aliū. Et ad p̄dicta ex ā facit qđ dixit Bal.in.c.j.§.iniuria. de pa.iura. firmā.et bonus tex.in.l.si duas.ante fi.cōmen.ff.de excusa. tuto.ibi si modo per seipsum exerceat ꝛ qñ apponitur vt per seipm co gnoscatur hoc v̄bū significat psonalitatē ita vt nō possit alte ri delegari: vt per Frā.de are. in .l.j.§.j. vbi late dn̄s meus Jason in.j.notabili.ff.de acq.posses.ꝛ ibi idē de clausula per temetipsum.per vosipsos.ꝛ de clausula tumet vel illemet: ꝛ de clausula tu Alberte cognoscas.ꝛ vel tu vicarie. ꝛ de clau sula tuipse vel per te cognoscas. ꝛ de clausula tutu. vel per se se .vel p te te.ꝛ de silibus: cuius dicta eēnt h̄ trāspoitāda. Et aliquando sine tali plica vel adiectione ponuntur verba significātia personalitatem de se quo casu sufficit: vt patet ex eo quod dixit Baldus in auten.habita.quinta columna.C. ne filius pro patre de statuto puniente ingredienteꝫ in loco

Tractatus de forma ⁊ solẽnitate.

vt non comprehendat mittentem nũcium:per text.notabilẽ in.l.quod sepe.§.si quis amico.ff.de contrahenda emptio. ⁊ facit.l.prima.§.ait pretor.ff.de vi ⁊ vi armata.⁊ quod notat Cardinalis in capitu.primo.in fi.de conuer. infi. per illũ textum cum glo.quem refert ⁊ sequitur Joannes de ana.in capitulo sicut ius.in fine.de simo.facit quod dixit Bar.quẽ supra proxie retuli de statuto puniente principalẽ nõ respõdentem positionibus vt non trahatur ad procuratorem contumacem. An autẽ verbũ precipio importet psonalitatem. tradit Feli.in.c.eam cõcupiscentiã.secunda colum. de constitutio. Talia igitur verba arguunt personalitatem cũ plerunq; soleat considerari industria persone.l. inter artifices. ff.de solu.l.nemo est qui nesciat.ff.de duo.re.vbi Barto.l.j. ff.de v.a.⁊ extraordi.cogni.l.dicim functo.ff. de offic. asses.l. missi opinatores.C.de exa.tri.libro.x.l.secunda.C.de cano. lar.tribu.eodem lib.l.j.C.de prepo.agen. in re. lib. duodecimo.Specu.titu.de feu.§.primo.versicu. duodecimo.in fi. ⁊ in titu.de salari.§.fina.versicu.quid si doctor.cum sequen. Bal.in.l.prima.§.ne autem.vbi late.C.de cadu.tollen.⁊ in l.cum antiquitas.C.de vsufruc.⁊ in capitu.finali.vbi alij.de offi. delega. cum similibus.

¶ Predicta que dicta sunt q verba adiecta de quibus supra importent personalitatem non procedũt si lex dicat si qs aliquem manibus percusserit:nam nisi dicat proprijs nõ important personalitatem.d.c.si quis suadente.iuncto.d.cap. mulieres.de senten.excommunicatio.sm Panormita.in.c. fina.de iuramen.calum. ⁊ dixi.s. hoc eodem.§.seu versicu. Ideo compaternitas potest contrahi per procuratorem sm cõmunem opinionem.de qua in capitu. veniens. de cogna. spiri.⁊ Feder.consil.xv. ⁊ per Alexandrum in.l.gallus.§. forsitan.colum.fina.ff.de liberis ⁊ posthu.q̃uis iura dicant manibus leuetur.capitu.q̃uis.cum simi. de consecratione. distinctione quarta.

¶ Secundo limitatur nisi lex vtens talibus verbis per alia iura determinetur ⁊ declaretur vel vt euitetur iurium correctio sm Panormita.in dicto.c.fina.de iuramẽ.calum.iunctis his que ad hoc dixi.s.eodem.§.seu.versicu.⁊ hoc vult glo. in verbo capere.in capitu.cum episcopus.de offi.ord.q̃ ad hoc ibi notat Gemi. sequitur Feli. in.d.c.licet ex quadam. secunda colum. circa finem.

¶ Tertio limitatur nisi quando lex exigit propriũ iuramentum certo casu:⁊ quis fecisset actum per alium:quia tunc poterit per illum iurare:dũ tamen habeat speciale mandatum sm Gemi.in dicto capitu.vt circa.§.penulti.de electiõe. in sexto. Ideo cum testis non possit per alium deponere.c.testes.iij.questione.viij.⁊ habetur in capitu.de testibus.extra de testi.tunc bene procedit quod dicũt doctores in dicto .c. lz ex quadam.de probatio:per alium testis iurare nõ possit: que limitatio sm Gemi.non haberet locum si lex vltra procederet dicẽdo q propria manu vel persona iuret . sequitur Feli.in dicto capitu.lz ex quadam.secũda colum.nã sm eos refert an lex exigat proprium iuramẽtum:an vero q quis iuret propria manu vel persona.

¶ Quarto limitatur sm Feli.in dicto capitu.licet ex q̃daz. scda colum.de probatio.nisi lex vtens his verbis manibus proprijs vel equipollentibus apponat ea in materia non preiudiciali:q: quando non est preiudiciale potest fieri per aliũ sm Cardina.in clemen.j.de iureiuran.per illum tex.vbi papa pronũciat manibus suis esse faciendũ:⁊ quando tamen fecit per alium:q: non fuit preiudiciale.Et ideo nõ potest iurare per alium quãdo lex exigit q pprijs manibus iuretur: q: lex hoc exigit ad maiorem terrorem:vt per Gemi.in dcõ capi.vt circa.§.penulti.⁊ sm Feli.in dicto.c.licet ex quadã. scda colum.in fine.hec est ratio quare cõpaternitas põt contrahi per procuratorem lz iura exigat puerum manibus leuari.c.quãuis.de consecratio.distinctio.iiij. quia iste actus in leuando non est preiudicialis:sed bene in erudiendo leuatũ ⁊ sic potest coniungi hec ratio cum illa quã dedi supra eo.in in prima limitatione.Non tamẽ credo hanc limitationẽ esse faciliter tenendam:quia posset inducere magnam confusionem in disputando an actus sit preiudicialis vel nõ ita q in dubio vel vbi liquido nõ apparet personalitatem non eẽ preiudicialem standũ putem regule:⁊ quãdo euidens est actuz nõ esse pindicialẽ:ista psonalitas reddit ad istar leuis solẽnitatis:q̃ omissa ñ vitiat actũ:vt dixi.s.quotuplex sit foza:⁊ dicã j.i arti.de potẽtia ⁊ effectib⁹ fore circa effect⁹ fore nõ suate.

¶ Quadragesimosexto. Dicitur forma ex causa: vt dixi .s. eod.post Baldum in.l.si duo patroni.§.si quis iurauerit.el primo.ij.colum.ff.de iureiuran.qd est vbicunq; lex non vult actum valere sine causa:iuxta ea que dixi.s. de cognitio.forme in prelu.⁊ patet in.c.q̃uis.de electio.in.vj.vbi in appellatione ab actu electiõis est cã inserenda:de quo etiam in.c. prouida.eo.titu.⁊ lib.Et idem in appellatione ab interlocutoria.⁊ facit qd dicimus de promissione sine causa q non valeat tanq̃ informis.l.cuz de indebito.§.fina.ff.de proba.qd qualiter ⁊ quãdo procedat tradi solet per Barto. in.l.nuda ratio.ff.de dona.⁊ in.l.iurisgentium.§.adeo. ⁊ ibidẽ Ang. in.§.sed cũ nuda.ff.de pac.vbi etiã per alios:⁊ per Barto.⁊ docto.in.l.generaliter.C.de nõ nu. pe. per glo. pc.in.l.j.§. si.ff.de inter.ac.per doctores in.l.certum.§. si quis absente. ff.de confes.⁊ per Bal.in.l.fina.in fine.C.si certum peta.vbi appellat istam formã solẽnitatem causalem:examinat Bar. post glo.in.l.ij.§.circa.ff.de do.excep.⁊ tunc conditio dicit esse de forma cum habeatur pro causa:⁊ notat Bar.in.l.cuz ad presens.ff.si certum peta.facit.l.a titio.⁊ quod ibi dicunt Barto.⁊ scribentes.ff.de verbo.oblig.Et est aduertenduz q solẽnitas causalis:quandoq; tendit ad formaz actus:vt in dicta.l.cũ de indebito.§.fina.cum alijs iuribus.s. allegatis quo casu omissa vitiat:quãdoq; tendit ad formã probationis actus seu eius quod pbationis vicẽ obtinet:vt in ɔfessione ⁊ chirographo sine cã.d.l.cum de indebito.§.si.iunctis his q̃ habẽtur in.d.l.generaliter.⁊ tunc si aliter veritas hẽri potest actus non vitiatur.l.cũ instrumẽtis.C.de fide instrumẽ. ⁊ notat Bal.in.d.l.si.C.si cer.peta.cum auten.ibi posita.in in vlti.colum.dum dicit q scriptura quãdoq; requiritur ad substãtiam actus:quãdoq; ad necessitatẽ probationis:ɔ quo alĩs dixi in articulo quotuplex ẽ foza tractãdo de forma act⁹ pbatoria:ex quibus patet q tunc cã que exigit circa pbationem actus tñ non dicitur de forma necessaria actus:sed accidentali.Ex predictis infert q actus sine cã dicitur iformis. Hinc iurans sibi deberi aliquid non expressa cã dicitur informiter iurare sm glo.in.d.§. si quis iurauerit.ex quo ibi bal. dicit q cõfessio sine cã dicitur informis:⁊ etiã sententia sine cã ac probatio testiũ que debet esse formis sm eum ibi:⁊ in.l. solam.C.de testi.⁊ Cano.in.c.cuz cãm.de testi. que an ⁊ qñ ita informiter facta valeant.tradit Bald.ibidem vbi subdit post Bar.que actio oritur ex statuto formi:⁊ que ex statuto informi ⁊ non exp̃mente aliquã cãm que cadat in formam contractus:vel quasi ad quoꝝ dicta breuitatis cã me remitto ⁊ nota.per Bar.⁊ alios repetẽtes in.l.oẽs populi.ppe finẽ cõmẽ.ff.de iusti.⁊ iur.An autẽ ⁊ qñ libellus sine cã procedat ⁊ dicat formis:tex est in.l.⁊ an eadẽ.§.actiones.ff. de excep. rei iudi.⁊ plene traditur in.l.j.in prin.ff.de eden. Que autẽ actio oriatur ex ɔsuetudine formi vel informi tradit Bar.in l.de qbus.in.iij.q.prin.ff.de legi.vbi sñe dicit qd de statuto volẽs ɔsuetudinẽ dici formẽ que inducit aliqd qd cadit l aliquod formatũ a iure cõiputa in ɔctũ vel quasi ius succedẽdi ⁊ filia:⁊ tunc dici informẽ seu difformẽ qñ nõ cadit in aliquod ius formatuz:ita q possit oriri actio de iure cõi:vt ibi plenius per eũ.⁊ dixit Bal.in.c.j.§.si qs per triginta.ij.col. p illum tex.si de feu.fue.ɔtro.q possessio feudi dz eẽ formis:hoc est tanq̃ feudalis.facit in arg.l.si.ff.quẽad.ser.amit.sic ⁊ pstatio de qua in.l.cũ de in rẽ verso.ff.de vsu.⁊ in.l.si certis ãnis.C. de pac.dz esse formis ⁊ cũ cã sm Bald.vbi.s.q: non dz plus opari prestatio q̃ stipl'o que sine cã non valet.l.ij.§. circa.cũ alijs iuribus supra allatis.ff.de do.excep.Subdit Bal. vbi supra solẽnitatẽ psumi circa ea que formiter acta sunt ⁊ nõ circa informia.i.vbi nõ apparet cã:vt notant Pe.⁊ Cy. in.l.j. C.de cõtrahen.⁊ cõmit.stipu.⁊ hoc sentit glo.or.in.d.§.circa.⁊ in.l.obligationũ fere.§.plz.ff.de ver.oblig. Postremo subijcit q legũ presumptiões nõ adaptant ad ea que nõ hñt certã formam erogationis.l.scio.ff.de an.lega. Ex his apparet quẽadmodũ cã qñq; est de forma:⁊ quẽadmodũ ex appositione vel omissiõe cãe aliqd dr forme ac nõnullis alijs modis. Reliqua dixi supra de cognitione forme in pĺu.

¶ Quadragesimoseptimo. Dicitur forma esse modus:vt dixi.s.eo.sm Bal.in.d.l.si duo.§.si quis iurauerit.ff. de iureiuran.allegat.l.qui rome.§.flauius.ff.de verborum obligatio.vbi scdm summarium Bal.omissio modi ⁊ forme etiã in actu fauorabili impedit dispositionem etiam fauorabilẽ.ille enim qui debet manumittere seruũ vindicta non potest alio modo manumittere:vt ibi:sed ille text.nõ dclarat q modus pro forma

Cã est forma.

Modus est de forma.

pro forma capiatur lz in se verum sit: vt dixi in diffinitiõe for-
me ubi dixi q forma est modus fm quez quid fieri debet: & q
modus & forma pro eodē quãdoq capiatur videtur esse tex.
in.l.fina.C.de mo.multan.vbi datur forma magistratibus &
iudicibus prout maiores sunt & minores mulctandi: & postea
subiungitur q excedentes modū quem tex. formam appel-
lauerat puniatur: & dixit Bal.in.l.incerti.in.xiij.q.in princi.
C.de interdic.q modus dat esse rei.l.iulianus.§.sed & si qs.
ff.ad exhi.vt als dixi: & .j.adhuc dicā. Et dicit logicus q mo-
dus est adiacēs rei determinatio vt habet fieri. Modus au-
tem multipliciter capitur: vt declarat Bar.in.l. quibus die-
bus.§.termilius.in prin.cōmen.ff.de conditio.& demonstra.
Aliquando enim extra predictum propositum capitur tãq
quedam moderatio: & dicitur a moderor moderaris: vt dixit
Nellus in tracta.bãni.in vltima questiõe tertie partis secũdi
tēporis. in.iiij.colum.& tunc est moderamētum seu tempera-
mentum rei cui adducitur.l.j.ff.ad legem falci.& insti.eo. in
princi.& l.qd conditionis.cum ibi notatis.ff.de donatio.cau-
sa mor.& l.seruitutes.la prima.§.modus.ff.de serui.& l.ob-
ligationum fere.§.modus.ff.de actio.& obligatio.vel aliter
fm Bartolum vbi.s.modus tunc dicitur: & largo modo om-
nis qualitas dispositioni adiecta per iura predicta: quod in-
tellige dūmodo veniat ad moderandum. specialius autem
sumitur p onere iniuncto honorato ac pro causa finali: vt in
l.scda.§.fina.cum ibi pulchre nota.per Bartolum & Bald.
ff.de dona.& in.d.§.termili⁹.cū ibi not.& per Bal.in rub.C.
de conditio.insti.& ff.de odi.& demon.& in.l.aretusa.in pri-
ma lectura.in secunda columna.ff.de sta.homi. vbi dixit q
modus ita specialit: & predicto modo sumptus est veluti fre-
ni quedam temperies: & tunc bene dicitur esse forma: vt est
textus in.l.cum eorum.C.de senten.vbi modus datus iudi-
cato dicitur forma: intelligendo sane illum textū. & aliter q
glo.intelligat dum dicit forme date obtemperandum: q: in-
telligo.i.snie sub eo modo seu forma date: & ita potest itelli-
gi etiam tex.in.l.fina.in fine.C.de iudi. quem als induxi ad
formam snia.simile dicitur in.l.diuus.ff.de in integrū resti.
Esset enim magis absonum dicere forme: idest sententie: sz
non est proprie forma talis modus: quia ante eius implemē-
tum tenet actus.l.demonstratio.§.fina.ff. de conditio.& de-
monstratiõi. & habet in dicto.§. termilius. ac in locis.s.alle-
gatis. Idcirco Bal.hoc senticus in dicta.l. cum eorum. di-
xit q modus adiectus sententie est implēdus & obseruãdus
sicut forma: non autem voluit dicere q esset proprie forma:
nam vt dixi in diuisionibus forme: quedam est forma impro-
pria inter cui⁹ membra posui illud quod lz necessario sit im-
plendum & obseruandum: tamen est obseruandum post actū
finitum & validū allegando: maxime notata per Baldum in
l.vniuersa.C.de preci.impera.offeren.& modus generalia q
modificat etiam potest apponi pro forma: vt in dicta.l.serui-
tutes.§.modus. vbi per allegatos modos datur forma vten-
di seruitute: & aliter sumi comperitur modus ac extra ppost-
tum nostrum: ideo omitto tractare: de quo per Albericum
in dictionario suo.

Impressio dicitur forma.

¶ Quadragesimooctauo. Dicitur forma tanq quedaz im-
pressio: vt dixi.s.eodem in princi.vt in sigillis .l.j. circa me-
dium ibi sigillo impresso: vbi Baldus notat illum tex.melio-
rem de corpore iuris: ad hoc vt sigillum exigat ipressionē.C.
de commu.ser.ma.facit.c.inter dilectos.cuz ibi notatis.de
fide instrumento.& quod voluit Panormita.in.c.secũdo.in
penultima colum.eodem titu.vbi per illuz tex.& l.ad testiū.
§.signi.ff.de testa.dixit q si quis velit signare cum re nō ha-
bente caracteres vel litteras legibiles: puta cuz corrigia nō
potest. allegat etiam ca.significantibus.de appellatio.facit
textus in.§.possunt.ibi vnius sculpture.institu. de testa.or.
Et sic ex caracteris impressione dicitur forma fm Baldum
in.d.l.si.duo.§.si qs iurauerit.ff.de iureiurā. & vult Signo.
consilio.lxxviij.in quarta colum.vbi dixit q sigillatio quam
requirit statutum Bononie in volentibus condere vltimaz
voluntatem secretā est de forma adeo q als non valeat act⁹.
& q appelletur impressio forma: & patet in.l.prima.ff.de con-
trahenda emptione.vbi dicitur q materia monetari ex for-
ma publica percutitur que forma nihil aliud est q caracterī
impressio: vult Cuma.consilio.xxxviij.in fi.vbi aliqua bona
dicit de materia.hinc fm Baldū vbi supra caracter qui im-
primitur in cera dicitur forma. facit textus in .l. qui falsam.
in principio.ff.de fal.vbi pecunia non dicitur formata nisi p
impressionem: & dixit Baldus in consilio trigesimosexto.in-
cipien. Thomas de scarampis.in fine.in tertia parte consi-
liorum in penul.impressione.q forma nihil aliud est q ipres-
sio in materia sicuti figura Cesaris impressa ferro. An aut ex
impressio litterarum que fit super papiro cū calamo vel stam-
pa dicatur forma: patebit ex his que dicam infra in versicu.
sequen.in illo membro q forma dicatur ex figura. Ex predi-
ctis apparet q statutum loquēs de sigillo vel de pecunia in-
telligitur de habente impressionem caracteris: quia alias
non est pecunia vel sigillum nec habeat formam pecunie vel
sigilli lz adsit rotonditas & quassatur vel qua requisita. Et i
fabricanda vera pecunia tria exiguntur: materia non viciata
vt q: in auro non misceatur auricalcum.l.prima.ff. de cōtra-
hen.emptione.& l.prima.C.de vete. numis.po.libro.xj.& iu-
stum pondus, vt tantuz valeat argenteus nūmus vel aureus
qtū tantidem auri vel argenti in massa: q: tantā vtilitatē de-
bet afferre pecunia in forma quantā in materia: quoniam ex-
pressio que fuerit in eius fabricatione debeat de publico fie-
ri: ita vt nihil detrahatur valori materie ac si esset in massa:
vt est tex.cum glo.in verbo debiti ponderis.in dicta.l.pma.
& ibi Barto.C.de vete.nu.po.& in dicta.l.prima.ff. de ꝯtra-
hen.emptio.vbi glo.& Bald.& Barto.in.l.prima.ff.de au-
ro & argento legato.& in.l.prima.in principio.ff.si certū pe.
& glo.in capi.quãto.de iureiuran.lz de cōsuetudine non ser-
uetur ratio ponderis fm Bartolum: vbi supra. Et predicta
exiguntur in materia: secundo exigitur in pecunia forma de-
qua.s.hoc est principis imago.dicta.l.j.de vete. nu.po.& l.
prima.ff. de contrahen.emptio.& quod dicitur in euāgelio.
Cuius est imago hec & subscriptio.iunctis alijs iuribus.s.al-
legatis. Tertio exigit aptitudo cāe efficiētia hoc est aucto-
ritas imperialis vel regalis.l.penulti.& fina.C.de fal.mo.et
capitulo primo que sint rega.ita pulchre distinxit Bald. in
consilio incipiente: casus talis est domini de scala
facit.c.quãto.cum ibi notatis per glo.& doc.de
iureiuran.& quod dixit Angelus in.l.lecta.ff.si cer.petatur.

¶ Ex predictis infertur q defectus sole caracteris seu ipres-
sionis impedit rei essentiam: vt scilicet res que cuz caractere
vel impressione diceretur talis sine ea talis nō dicatur nec vt
talis valeat. Quinimo si defectus superueniat viciat: puta si
caracter sigilli amplius nō appareat: vt est tex.& ibi notatur
in.c.inter dilectos.de fide instrumēto.& vbi si sigillum fran-
gatur pro tanta parte vt imago impssa non dignoscatur: vel
tantū atteratur seu quassetur q nomē & caracteres in substā-
tialibus & his litteris que prestant cognitionē sigilli seu cu-
ius sit non dignoscatur non facit fidem sigilli: & vere non est
sigillum propter forme amissionē: vt dixit Cardina.in cle.si.
in.v.notabili.vt lit.pen. Idem dicitur ibi de litteris scriptu-
rarum que propter vetustatem vel aliter legi non possunt.
Sed in predictis casib⁹ an sufficiat q aliquo modo per ocu-
lum itellectus percipiatur sigillum seu eius forma tam in lit-
teris q in alijs caracteribus. Et quid de litteris in pgame-
no vel papiro cū calamo vel stãpa impssis tradaz.i.in primo
membro de figura. Reliqua de materia sigilli tradit Pan.
in dicto.c.ij.in penulti.& vlti.colum. de fide instrumento. &
in.c.post cessionem.de proba. Et nota q sigilla debent ap-
parere orbita & caracteres vt sit forma glo.in.d.c. inter dile-
ctos.in versicu. dimidia.

Figura dicitur forma.

¶ Quadragesimonono dicitur forma ex figura seu tanq fi-
gura: vt dixi.s.eo.in pnci.pro cuius rei declaratiõe est sciē-
dum q figura dicitur pluribus modis fm Bal. in.l.j.§.simi-
liq modo.C.de lati.liber.tol. vbi numerat tres modos: nā

Figura quotupliciter sumatur.

quãdoq capitur pro superficiali apparentia rei: vt in.l. fina.
in princi.C.de edic.di.adri.tol.fm declarationē Io. quam
sequitur Accur.vbi instrumētuz dicitur prima sui figura nō
canzellatum nec viciatum qn in superficiali apparentia non
apparet vicium neq macula: de quo infra eo.mēbro dicaz.
Plus est q: signum ante tabernā dicitur figura: nam prout
dixit Paulus venetus in sua logica in predicamēto quali-
tatis habemus formā & circa aliquid cōsistentē figurā vt cir-
culus ante tabernam qui est demōstratio & signum & apparē-
tia hospicij ibi existentis. Quãdoq capitur fm Bal.vbi su-
pra figura pro quadā similitudine per tex.l.d.§. similiq mo-
do qui tex.non probat: sed probat q non dicatur in figura iu-
dicij fieri id qd iudicij formā non habet lz ea que fiūt per mo-
dum voluntarie iurisdictionis in quasi figura iudicij fieri di-
cantur: & dictio quasi que est nota similitudinis: vt in.l. pen-

gnificationes nobis representate per litteras ꝛ scripturam sine forma terminoꝝ: qꝛ vt alr dixi significatum est forma vocabuli non modo sm legistas: verum sm logicos qui innituntur nude ꝛ simplici veritati: non autē interpretationi sicut legiste: ꝛ etiā hoc secūdo modo dicimus inspiciendū an instrm in sui prima figura habeat vitium: vt qꝛ instrumētum testamenti careat anno: die: vel inditione: vel institutione filij in potestate qui nō negabatur filius vel dicebatur in testō esse filius: iuxta.c.per tuas.de proba.ꝛ similibus substātialibus: prout declarant docto.in dicta.l.fi.ꝛ prece. Est enim aduertendum ꝙ ista forma inuisibilis que cōcernit significationē vocabuloꝝ potest esse duplex in vno instrumēto: vna scilꝫ que cōcernit officium ꝛ exercitium notarij actū recipientis: puta inuocationem diuini nominis annū: diem: rogationē: subscriptionē: ꝛ similia. de quibus in.l.generali.C. de tabu. lib.x.ꝛ per Barto.in.l.si quis ex argentarijs.§.si initium.ff. de eden.ꝛ plene per Barba.in rubrica de fide instru. Alia que respicit factum partium rogantiū instrumētum ꝛ ipsum contractum seu testamētum: vt qꝛ filius instituatur ꝛ ꝙ in vēditione interueniat pretium in pecunia nūerata ꝛ in locatiōe merces: ita dixit Bar.in.l.si quis legatum.ff. de fal. inducens ad declarationem an ꝛ quādo notarius in cōtractu nullo vel informi dicatur falsum cōmittere: nā sm eum ibi si instrumentum sit forme in cōcernētibus officium ipsius notarij: lꝫ contractus sit informis in se: ꝛ quo ad factum partiū: tamen cōmittit falsum non ecōtra.d.l.si quis legatum.ꝛ.l.qui falsam.ff. eo.titu.cū concor. ibi per Bar. allegatis: de quo aliquid habet in.l.iubemus.C.de testa.quā māim nō curo hic examiare.

¶ Ex predictis cōstat quando dicatur scriptura in sui prima figura seu prima facie vel prima fronte vitiosa seu vitiata: de qua clausula prima facie vltra glo.in dicta.l.fi.in princip.C. de edic. diui adria.tol. videatur tex.ꝛ qd ibi dixit Bal.in.c. per tuas.de proba.ꝛ tex.in.c.ad audientiā.de rescrip.ꝛ.c. dilectis filijs. de appel.ꝛ.l.j.§.si vero.C.de cadu.tol.ꝛ.l.alieno.§.fi.ff.de fideicōmis.liber.de clā prima fronte. est tex. in l.i.C.de postu.ꝛ in.l.quinquaginta.ff.de proba.

Unus contextus ꝛ continuatio.

¶ Quinto dicitur forma indiuisus ꝛ interpolatus ac continuatus contextus ꝛ ꝙ sine interpositione facti vel temporis actus celebretur: ita ꝙ si volens baptizare dicat hodie: ego te baptizo: in nomine patris ꝛ cras vel infra horam dicat et filij: ꝛ post cras vel infra aliā horā ꝛ spiritus sancti non valeat baptismum: vt per Petrū aureolum in.iiij.sen. di.iij. qōne secūda. tenētē ꝙ sit necessaria continuatio sermonis: qd intelligunt aliqui: maxime simiste vt non procedat in modico silentio: vel si tussis interponat que intentionē nō discōtinuent de quo infra dicetur. Sic est de forma ꝙ consensus ꝛ voluntas adhibeantur eodem contextu in actibus qui sui natura non exigunt diuturnū tempus vt videmus in testamētis in.l.heredes palam.§.fina.ff.de testa.ꝛ.in.l.cū antiquitas.C.eo.sic ꝛ in stipulatione: qꝛ post interrogationē debet sine interuallo sequi responsio.l.j.§.qui presens.cum ibi notatis.ꝛ.l.continuus.in princi.ff.de ver.obli.vbi dicitur ꝙ actus interrogandi ꝛ respondendi debet esse cōtinuus seu continuatus: ꝛ patet in.l.duos.§.fi.ff.de duo.re.notat Bal.in.l.solā.vltima colum.in princi.de testi. Sic ꝛ in contractu inominato quia non celebratur qn inter meū actū dādi vel faciendi ꝛ tuū dādi vel faciendi interuenit interuallum: qꝛ tūc non cōcipitur contractus inominatus: sed vltimus actus vel resoluitur in mandatum: aut quid aliud: vt per Alexā.in.l.j.§.qui presens. de verboꝝ oblig.ꝛ colligitur in.l.si cum fundum.in glo.j.ff. de pactis. vbi etiam docto.hoc notant: de cuius glo.intellectu ad ibi dicta me remitto. Sic ꝛ in subscriptione testium in testamento in scriptis: qꝛ testes debēt se simul subscribere nec valeret subscriptio aliquorum facta post aliorum recessū.l. hac consultissima.versi.in omnibus.ꝛ verbo simul.C.de testa. reprobata glo.in verbo in medio.in.d.l.cum antiqtas.quā reprobat alexan.post alios in.d.l.hac consultissima. Sic et in electione qꝛ post publicationem mora non interposita dꝫ fieri collatio ꝛ post collationem nō interposita mora sꝫ mox electio vt habet in.c.cum post petitam.de elec.ꝛ per Pan. in.c.qꝛ propter.in prin.vj.colū.in.xiiij. substantiali de elec. Sic etiā est in iuramēto litis decisiuo qd defertur a parte parti: qꝛ deferens iuramētum non obligatur ex delatiōe nisi ille cui defert statim iuret vel acceptet ꝛ anteq̄ ad actꝰ extraneos fiat diuersio nec valet iuramētum tunc ex interuallo prestitum nisi ex nouo consensu.l.non erit.§.si neq̄.cū ibi notatis.ff.de iureiur.ꝛ hꝫ Bal.in.l.j.in.xiij.col.ver.extra queritur.C.qui admit.ꝛ Imol.in.c.audita.de elec. stante statuto ꝙ mulier nō possit adire hereditatem sine consensu duorū propinquorum non sufficit ratificatio eorum ad validitatem aditionis: quia isti consensus accessorij cū sint de forma: nihil operantur nisi interueniant statim ꝛ anteq̄ fiat disgressio ad extraneos actus: sic ꝛ ea que ex interuallo fiunt nō videntur inesse: sed que statim.l.lecta.§.dicebā.ff.si cer.peta.ꝛ sic consensus qui requiritur pro forma seu solēnitate non valet si ex interuallo prestet. sequitur Ro.d.l.j.ꝛ Imol. Alex.ꝛ Are. in.l.si quis mihi bona.§.iussum.ff.de acquiren. hereditate. Item sm Imol.in.l.si stipuler.§.fi.ff.de verbo.oblig. generaliter non valet cōsensus ex interuallo adhibitus nisi quis dederit tempus deliberandi seu tēpus respondendi ex interuallo: vel conserit tali interuallo vel deliberationi: aut non contradixerit.ar.l.filiusfa.ff.ad macedo. alr autē dicit ꝙ interuallum vitiat quēlibet contractum ne contingat quē impediri disponere de re sua si diceremus quem teneri expectare responsum ꝛ nō est verisimile sm eum ꝙ si quis pmittat: puta dare equum ticio pñti pro.x. voluerit expectare longū tēpus habēdi responsum: ꝛ ꝙ interim vendere non possit: qd argu. a verisimili attendi debet: ꝛ est magne efficacie: vt hētur in.l.tale pactum.§.fi.ff.de pactis. subdit ꝙ bonus vir alr nō arbitraret.l.in bone fidei.ff.de eo qd cer.loc.l. vir bonus.ff. iudi.sol. q̄uis opinio sit in cōtrarium vt dicetur.j. hoc eodē mēbro prope fi.post glos.ꝛ no.in dicta.l. si stipuler.ꝛ hoc in contractibus demonstratur ex ethimologia verbi cōsensus qd vt dixi.s.de cognitione forme importat idē qd simul sensus: ꝛ sic simul ꝛ eodem tempore ac inter presentes: sm textū cum glo.in verbo cōsentire in.l.consensu.ff.de actio.ꝛ obliga. ꝛ in.l.j.§.fi.ff.de contrahen.emp.facit tex.in.l.j.§.j.ff. de pac. ꝛ glo.magnam.c.j.de re.ecce.non alie.in.vj.que diffinit cōsensum esse plurium ad quos res pertinet voluntatem simul iunctam.ꝛ predictam opi.sequitur Fabi.de monte in tractatu de emptio.ꝛ ven.in.v.q.princi.xiij.col.allegās Pau.de castro idem tenere in.l.si ego.ff.si certū peta. per.l.remittit seu prece.in fi.ff.de iureiu. Hinc si dixero: dono titio q sit absens mulūꝫ meum ꝛ aliquis ei referat ꝛ acceptet nō valebit donatio: qꝛ non adest consensus simultaneus sm Bald.in.l. nec ambigi.post glo.C.de dona.ꝛ Fran.de are. cōsi.xvij.ij. colum. licet hoc fieri posset accedente nūcio vel epistola: vt ibi qui sunt organum mei consensus etiam si fieret donatio in piam cām sm glo.ꝛ Barto.in.l.illud.C.de sacro san.eccl. ꝛ glo.in.l.j.C.de dona.cau.mor.de qua materia per Bar.ꝛ doct.in.l.absenti.ff.de dona.ꝛ in.l.qui rome.§. flauius. vbi Alex.ff.de verbo.obliga.ꝛ.j.dicetur in.§.seq. Ideo Ioan. an.ꝛ moderni in.c.si inter.extra de spō. dicunt ꝙ interuallū inter interrogationē ꝛ responsionē in matrimonio vitiat matrimonium: ꝛ sm Panor.in.c.tua nos.in fi.cōmen.eo.titu. in matrimonio cōsensus nō debet esse separatus: sed simul seu sus: q̄uis Archi.xxvij.q.ij.ꝛ Alexā.in dicta.l.si stipuler.§. fina.ij.colum.aliter dicant ꝙ interuallū predictū non viciet matrimonium ita ꝙ sm alexan.cōmunis opinio Cano.in.d. c.si inter: sit talis. Ideo dicebat Ioan.an.in.c.licet.de pcur. in.vj.post Zenze.ꝙ si constituo procuratorē eū qui est pñs si tunc non acceptat habetur pro contradicente.l.filiusfa.§.iussus. ff.de procu.ne contingat plus debito negociū protellari. et adeo continuatio est de forma ꝙ ex duobꝰ īpfectis nō sit vnū formale perfectum: vt est glo.in.c.quorundam.per illum tex.xxiij. distin.vbi docto.ꝛ do.Prepo. Et faciendo regulam modo predicto esset limitanda vt nō procedat in modico interuallo seu silentio: vt vult tex.in dicta.l.continuus.in prin.ꝛ in.l. j.§.qui presens.ff.de verbo.obliga.cum ibi nota.nisi in testamento in quo potest etiā modici temporis interuallū vitiare sm qd habetur in dicta.l.cū antiquitas.C.de testa.ꝛ in.l.heredes palam.§.fi.ff.eo.ꝛ ad hanc limitationē facit qd dixi.s. eo.§.in prin.de interuallo inter vba baptizantis: ꝛ qd dicat modicum interuallum. Bar. Pau.de ca. Alexan. ꝛ Areti. post alios in dicta.l.j.§.qui presens.ff.de verbo.obli.dicunt si stipulatio fiat eadem die: ego credo ꝙ hoc sit arbitrarium iudici sm materiam subiectam per ibi nota.ꝛ in.c.quia ppt. de elec. Itē fallit si interuallū occurrat necessitate nature vt propter tussim vel dolorē vel necessitatē mingendi: ꝛ sic de similibus: vt hꝫ in.d.l.cū antiqtas.cū concor. de qbꝰ in prec.limita. Item fallit quando est datum tēpus ad deliberandum vel pars est contenta ex interuallo responderi: vt dictum fuit.s.

Interuallum qn vitiet actū.

proxi.post

proxi. post Imol. in. l. si stipuler. §. fi. ff. de ver. obli. vbi etiã Alexan. dixit cum Bal. in rubri. C. de cõsti. pecu. ꝙ si me interroges an velim tibi aliquid promittere ⁊ ego dicã: volo cogitare ⁊ in crastinum respõdeam ꝙ sic nõ valet stipulatio: per tex. in dicta. l. j. §. qui presens. vbi solet tangi: ⁊ glo. in. l. iurisgentium. §. igitur nuda. ff. de pac. Quid aũt sit si lapsus sit terminus deliberandi: an nihilominus duret facultas acceptandi dicam in sequen. limitatione.

¶ Quarto fallit in actibus qui celebrãtur ⁊ possunt celebrari inter absentes tam accedente nuntio vel epistola qui sunt organum ⁊ instrumẽta ꝯsensus alterius partis q̃ alr: qr tunc gerens actum cũ absente necessario presupponit debere interuenire interuallum. d. l. qui absenti. ff. de dona. ⁊. l. ⁊ p inter positam. eodem titu. ⁊ idem in cõtractibus qui ꝯsensu perficiuntur. d. l. ꝯsensu. ff. de actio. ⁊ obli. ⁊. l. j. in fi. ff. de ꝯtrahẽ. emp. glo. ⁊ docto. in dicta. l. si stipuler. §. fi. tex. l. publia. §. fi. ff. depos. lz secus quãdo verbis perficitur obligatio: vt in stipulatione: vt per glo. in dicta. l. nec ambigi. ⁊ patet in dcã. l. j. §. qui presens. cũ iuribus. s. ad hoc allegatis: ⁊ quãdo possit vel vel nõ possit contrahi inter absentes: latius in. §. seq. dicere continget. Et in hac materia est tex. notabilis in. c. si tibi absenti. de preben. in. vj. qui decidit multas questiones formato casu super collatione facta per episcopũ absenti de beneficio ecclesiastico vt nõ acquiratur ante ratificationẽ ei cui facta fuit collatio: ⁊ vt non possit anteq̃ constet an is cui facta fuit collatio velit recusare alteri cõferri: ⁊ vt possit statui terminus ei cui facta est collatio ad respõdendũ an illud velit acceptare: ⁊ vt post lapsum termini anteq̃ sit alteri collatum adhuc possit acceptare. Et ꝙ procurator constitut⁹ q recusauit possit iterũ acceptare anteq̃ mutata sit voluntas constituentis. est tex. in. c. licet. de procu. eodem lib. qui loquitur in procuratore inter absentes cõstituto. Intra quãtũ aũt tẽpus debeat generaliter fieri acceptatio vltra premissa potest colligi ex notatis in. c. q̃ sit. de elec. in. vj. ⁊ in. c. j. de lit. conte. per Anto. de but. ⁊ in. l. si quis arbitratu. ff. de v̄. obl. ⁊ in. l. j. ff. de lega. ij. per Bar. in illa questiõe quomodo sciã ꝙ ille in cuius arbitrio est collatum relictum nollit arbitrari: ⁊ quãto tempore duret potestas arbitrãdi. Et ex notatis per Ro. ⁊ Alexan. in. l. qui bona. §. fi. ff. de dam. infec. tex. ⁊ docto. in. l. fi. §. sed ⁊ siquis. C. cõmu. de lega. ⁊ dicit Archi. Ioan. an. in nouel. ⁊ Gemi. in dicto. c. licet. ꝙ si cõstituo te procuratorem ⁊ infra sex mẽses acceptes dũmodo non ꝯstet de mea voluntate mutata satis erit. ⁊ Alexã. in dicta. l. si stipuler videtur velle durare tempus acceptandi quousq; mutetur voluntas mea.

¶ Quinto fallit in actibus sui natura sepatim vel cũ interuallo fiendis: vel q pmittitur sepatim fieri: qr in illis interuallum non vitiat: vt videmus in lit. contest. prout etiam seruat practica: vt per Antoñ. de bu. Pano. Marti. ⁊ cõmuniter Cano. in. c. j. de lit. ꝯte. ⁊ do. de ro. decisio. clxiij. alias. ccclij. seu. ccclxxxj. seu. 726. vbi volunt ꝙ lit. conte. etiã inducatur per responsionẽ factam ex interuallo. Idẽ volunt Goffre. in c. dudum. el. ij. de electio. ⁊ no. in. c. prout. de do. ⁊ cõtuma. quicquid dicant Bar. ⁊ sequaces in. l. j. C. de lit. conte. moti. quia contestatio dicitur a con qd est simul ⁊ testatio qr põt dici simul ex perseuerantia petẽtis: ⁊ quousq; nõ apparet de mutata voluntate sm eos: ⁊ Gemi. post Archi. in. c. licet. de procu. dicentes ita esse in alijs actibus: qr presumitur perseueratio quousq; cõstet de mutatione. l. cũ hic status. §. pinde. ff. de dona. inter virum ⁊ vxo. l. cum taciti. ⁊. l. ij. ff. de donatio. c. maiores. in fi. de baptis. glo. ⁊ docto. maxime allega. ⁊ Are. in dicta. l. si stipuler. §. fi. ff. de verbo. obli. Nã sm doc. ⁊ Pano. in dicto. c. j. si producens libellum illũ reuocet ante responsionẽ rei nõ inducet lit. conte. per responsionem etiã ex interuallo factam. Simile patet in subhastãte qr quãdo res subhastatur plus offerens etiã ex interuallo admittit ⁊ censetur cum eo cõtractum dũmodo infra tẽpus iuris seu l preconio prefixum offerat sm Bar. in. l. licitatio. in princ. ff. de publica. ⁊ in. l. tẽpora. C. de fide instru. ⁊ iur. ha. fi. ⁊ habetur in. l. j. C. eo. lib. x. Item habetur in aut. hoc ius porrectũ. C. de sacro san. eccle. in reb⁹ eccle. ⁊ hoc tempus vt ibi in rebus fisci ⁊ minorum est viginti dierum in alijs arbitrarium. Sic ⁊ in his que dixi. s. quĩtuplex est forma ꝙ quedã exiguntur ante actum: quedã tempore actus: quedã post: vt ibi. Simile in eo qui incipit tenere hospitium qr obligatur hospitari etiã illum qui ex interuallo venit. l. j. ff. fur. aduer. nau. cau. sta. Sic ⁊ quãdo pecunia proijcitur in populo sit accipientis non facta distinctione interualli nec absentie alicuius: qr videtur donari occupanti. l. qua rõne. §. fi. ff. de acqui. rerum do: l. si id quod. ff. pro dereli. Et sm Bal. in. l. pecuniam. l. ij. C. de condi. ob cau. si doctor legens ex forma statuti debet habere certum salarium: illud habebit legens absq; conductione: qr videt cum rep. cõtrahere: vt no. in. l. omnes populi. ff. de iusti. ⁊ iure. ⁊ in. l. qui semel. ff. de decre. ab ordi. faci. nec est necessarius vnicus cõtextus: sed sufficit impletio cũ eo qr statutum semper loquit: ⁊ est quasi organũ quo mediãte cõtrahitur cũ repu. facit. l. arriani. C. de hereti. ⁊ ita etiã firmat Alexan. in dicta. l. j. §. j. ff. de verbo. obli. inferens ex hac decisiõe ꝙ vbicũq; vigore legis vel statuti aliqs agit in remp. etiam si agat ex interuallo actus non vitiat: qr lex vel statutum semper loquitur: ⁊ ꝯsequẽter tam in pncipio q̃ in medio et fine actus. Facit ad predicta quod dicitur de ꝯsuetudine que inducitur ex actibus ex interuallo gestis: vt not. in. l. de quibus. ff. de legi. per Barto. ⁊ alios. ⁊ in. l. ij. C. que sit lon. consue. ⁊ dixit Bar. in. l. qd seruus. in fi. cõmen. ff. de stipu. seruo. ꝙ habere rem pro derelicto est quedã donatio sed acquisitio eius nõ requirit presentiam ⁊ ꝯsensum simultaneum occupantis: sed potest dici ꝙ ibi loqtur in tacita cõuentione que non requirit presentiam: iuxta no. in. l. ij. C. de pac. ⁊ si bene cõsiderentur in locis predictis verba Barto. istud ideo est qr cũ incerta persona cõtrahitur: ⁊ quia natura actus hoc exigit sentiens secus esse si cum certa vt interuallum vitiet regulariter. d. l. j. §. qui presens.

¶ Sexta fallentia põt colligi ex eo qd dictum fuit. s. proxi. fallen. in fi. quando quis agit in rempu. vigore legis vel statuti: vt ibi.

¶ Septimo predicta conclusio limitatur fm Ant.de bu.in c.cũ dilecta pe.colũ.de rescrip.vt nõ ꝓcedat qñ a lege aliqd ordinatim fieri mandatur qḋ sit sui natura iustitie vt ita fiat: qꝛ tunc nõ videtur hoc tradi pro forma dicens hanc esse rationem: quare peruersio vnius cause ad aliaȝ vel articuli ad articulũ non viciet iuxta.l.j.C.de appel.⁊ ea que dicta sunt s.eo.ij.limita.de qua materia late pȝ.s.in.xij.conclu.⁊ hec limitatio.facit ad decisionẽ.q.quã sepe.s.recensui: de qua p Bar.⁊ doc.in.l.a diuo pio.§.i vẽditione.ff.de re iudi.an si nõ seruetur ordo exequẽdi in primo capiẽdo mobilia deinde imobilia ⁊c.executio sit ipso iure nulla: an vero sit irritãda ⁊ sit appellandũ ⁊ cũ concernat cõmodũ partium: principaliter videtur de iustitia ⁊ nõ de forma: vt tenui.s.in.xij.conclu.⁊ est de mẽte Panor.l.c.quo ad ꝯsultationẽ ãn pe.col.eo.ti.

¶ Octauo predicta conclusio limitatur: vt non procedat in dispositione hominis: qñ ex obseruatione ordinis isurgeret rẽpugnantia ad ius cõmune.c.causam que cũ ibi notatis de rescrip.notat ⁊ vult Ant.de bu.in.d.c.cũ dilecta in.v.col.eo.ti.⁊ dixi.s.eo.in.xij.conclu.in fi.versic.vltimo fallit ⁊.s.in ꝓce.cõclu.v.decla. Ideo adibi dicta me remitto secus est fm Anto.de bu.vbi.s.qñ mandatur ordo qui consonat iuri cõmuni aut saltem non dissonat si ea que mandantur nõ sunt paris rationis aut eque principalia vt in seq.limi.declarabitur: qꝛ tunc vnũ censetur verisimiliter: vt principalius in expeditione ponderatum: vt ibi dicam.

¶ Nono predicta conclusio limitatur: vt non ꝓcedat in his que sunt paris rationis aut eque principalia: qꝛ in illis non censetur ordo positus seu traditus pro forma fm glo.in verbo transponentes in.d.c.cũ dilecta de rescrip.⁊ ibidem ita communiter tenent doc.maxime Jo.an.in nouella ⁊ Ant.de bu.in pe.col.dicentes ꝙ nõ censentur hec ita seriatim ⁊ successiue posita: vt designent ꝙ ita seriatim sint seruanda. At qñ non sunt paris rõnis vel eque principalia tunc fm Ant.de bu.si ex obseruãtia ordinis insurgat repugnantia ad ius cõmune non censetur ordo traditus pro forma vt dictũ fuit in prece.limita. Sed si non resultet: vt qꝛ ordo consonet iuri cõmuni vel saltem non dissonet tunc est de forma: qꝛ vnum fuit verisimiliter vt principalius in expeditione ponderatũ. vt est quando cõmittitur restitutio possessionis ⁊ postea de proprietate cognoscat: qꝛ tunc in dubio dȝ attendi talis ordo per tex.in.d.c.cum dilecta fm vnum intellectum: ⁊ pȝ in.c.fi.de resti.spo. Et ita intelligi possunt que dicunt Jo.an.in.d.c.cum dilecta: ⁊ Gemi.in.d.c.sit rector.xlij.distinc.ꝙ in mandatis exequẽdis ordo scripture debeat attendi: ⁊ qḋ dixit Panor.in cõsi.xcviij.incip.uitar in presenti causa.xj.q.ij.volu.ꝙ de nullitate executionis preposterantis formam ⁊ ordinem mandati semper dici possit cũ vt dixit Bal.in.d.l.si duas in prin.ff.de execu.tu.attendẽdus sit ordo datus ab habente potestatem: quando habet in se rationem. Sed si ea que non sunt paris rationis mandentur seu ponantur alternatiue dicetur.j.xj.limitatione.

¶ Decimo limitatur fm aliquos predicta conclusio: vt procedat in ordine dato ab homine secus autẽ si a iure: qꝛ ordo hominis si non seruetur actus est ipso iure nullus.d.c.cum dilecta de rescrip.⁊.d.c.fi.de resti.spo.⁊.l.cum qui duobus §.filijs.ff.de acqui.here.sec⁹ in ordine iuris.l.j.C.de appel.licet vbi peruertitur iuris ordo inducatur grauamen ⁊ possit appellari.d.l.j.vbi ita tenet Bald.in tertio notabili: sed hec limitatio non est vera: vt patet ex notatis in.d.l.prolatam.C.de sen.⁊ ex multis exemplis traditis in prima cõclusione ⁊ ad.d.l.j.patet responsio ex notatis in.d.l.prolatam ⁊ his que dixi.s.in.iij.limitatione ꝙ ibi est datus ordo vni⁹ cause ad aliam qui tunc magis est de iustitia ꝙ̃ de forma vt s.in.vij.limitatione ⁊ ordo hominis quãdo sit de forma colligitur ex.ix.limita.⁊ alijs iuncta conclusione.

¶ Undecimo predicta conclusio limitatur: vt ordo non sit de forma in his que alternatiue mandantur fm Joan.an.in d.c.cum dilecta cum quo ibi transit Fely.in.v.colum.vult Gemi.in.d.c.sit rector.xlij.dist.sequitur Fely.post Cardi.⁊ Imol.in.c.inter ceteras.v.col.de rescrip. Que limitatio est restringenda nisi ius cõmune mandet illa alternatiue posita formaliter sub ordine illo precise seruari: qꝛ tunc alternatiua resoluitur in alternatiuam ordinis: vt per Bar.in.l.iiij.§.pretor ait in prin.cõmen.⁊ in.ij.colũ.versic.sed quid si iudex cõmisit.ff.de dam.infec.vbi dixit: ꝙ qꝛ iura cõmunia volunt ꝙ quis citetur primo personaliter si potest inueniri: ⁊ si non potest ad domum: ꝓ iura ibi per eum in prin.cõmẽ.allegata lex scire oportet.§.oportet el.j.ff.de excu.tut.que in illo casu mandat citationem fieri in faciem vel ad domuȝ debet intelligi fm ordinem iuris cõmunis ⁊ illa est alternatiua ordinis. Subijcit Bar.l.d.versi.sed quid si iudex ꝙ cõmissio iudicis ꝙ nuncius citet personaliter vel ad domũ debet etiam intelligi fm formam ⁊ ordinem iuris. Subdit ꝙ secus esset in statuto: vt aliquid operetur de quo dixi late s.ea.conclusione quinta declaratione.

¶ Duodecimo multe alie limitationes colliguntur ex his que dixi.s.in.iiij.limita.in illa materia ꝙ peruersio ordinis non viciet vbi inter cetera elicitur ꝙ ordo non habens in se rationem nõ est pro forma ad qḋ facit.vj.limitatio: quas hic non repeto licet sint necessario pro inueniendis alijs limitationibus vidẽda iunctis notatis per Bar.in.d.l.ij.§.prius ⁊ Gemi.in.d.c.sit rector: ⁊ per Bal.in.d.l.duas in prin.ff.de excu.tu. Reliqua in materia ordinis sunt alibi tradenda post Fely.in.c.qualiter ⁊ quãdo el.j.in.j.⁊.ij.col.de accusa.⁊ nõ.in.l.ij.§.prius.ff.de vulga.⁊ pupil.

Temp⁹ qñ sit de forma.

¶ Decimãsextam conclusionem faciendã putaui circa tempus: de quo dixi etiã.s.in arti.ex quibus cõsistat forma circa predicamentum temporis vel solẽnitas minus plene ꝓpter hic dicenda ⁊ qꝛ eius materia est practicabilis. Putaui plenius hic tangere cum iste locus nõ sit incongruus.

¶ Sit ergo conclusio. Sed tempus censeri debet a lege vel homine traditum seu appositum pro forma: vt videtur tex.que ȝ ibi ad hoc notant Bal.⁊ Saly.in aut.que supplicatio C.de preci.impera.offe.in verbo sub hac forma. Ex quo dicunt ibi Bal.⁊ Saly.ꝙ qui non obseruat tempora constitutionis non dicitur eius formã obseruare ꝙ̃uis aliqui dicant tempus ibi improprie appellari formã: vt dixi.s.eo.v.conclusione cuius veritas patet ex.j.dicendis: ⁊ ad hoc facit.l.scire oportet.§.consequens.ff.de excu.tuto. Et quod vult Pau.de ca.in.l.si in lege in prin.ff.loca.⁊ in.l.qui rome.§.calimacus.ff.de verb.oblig.vbi dixit ꝙ tempus prefixum a statuto instantie respicit modum ⁊ ordineȝ procedendi non autem facti substantiam: ⁊ sequitur ibi Alex.in vlt.col.post Ant.de bu.in.c.clerici circa medium cõmenti de fo.cõpet. Hinc dixit Bal.in.l.oẽs populi vlti.col.ff.de iusti.⁊ iure ꝙ a forma statuti non est recedendum: adeo ꝙ si statutũ requirat tempus nos etiã requirere debeamus: ⁊ fm Bal.in.l.ordo circa mediũ cõmenti.C.de exe.rei iu.statuta sunt ad vnguem seruãda tam in forma ꝙ̃ in tẽpore. Et dicebat Pau.de ca.in.l.j.ff.de feri.ꝙ citatio ad diem feriatam peccat in forma. Ideo dixit Bal.in.l.j.C.de requi.re.ꝙ abbreuiatio termini statuti facit actum peccare in forma: ⁊ fm Bal.in.l.de die in prin.iij.col.versi.ex predictis.ff.qui satisda.cog.si statutũ mandet dari dilationem octo dierũ: non lȝ a forma statuti recedere nec dilationẽ alterare: ⁊ fm Bal.in.l.fi.§.hoc equidem.C.de iure deli.iudex non põt prorogare terminum hãni precise limitatum per statutum. Unde si statutum assignat octo dies ⁊ iudex assignat decem ad cõparendum est cõparendũ.j.octo: qꝛ forma statuti dȝ seruari. Et si queratur an tunc assignatio sit nulla ꝓpter transgressioneȝ forme dicam.j.de potentia ⁊ effectibus forme non seruate in scḋo effectu ⁊ tãgit Ro.ꝯsi.lxvj.incip.vir ex imie qnta ⁊c. Et fm Bal.in aut.qui semel pe.col.C.quõ ⁊ qñ iudex versi.⁊ ideo ⁊c.statuta terrarum que volunt certa tempora statui alioquin ꝙ reus ponatur in bãno: ita sunt precise seruãda ꝙ nihil addi vel minui põt: qꝛ data est forma iudici: ⁊ addit aliam rationem: qꝛ prouisio statuti exorbitat a iure cõmuni allegat nõ.per Dy.in.c.indultum de reg.iur.in.vj.

¶ An aũt dilatio legalis possit per iudicem alterari est materia ampla: de qua i.l.ij.ff.de re iud.cũ cõcor. Ideo Pau.de ca.in.d.l.si in lege in prin.ff.loca.dixit ꝙ vbi aliqd est.j.certũ tempus faciẽdum regulariter tempus dicit de forma: lȝ non dicatur de qualitate ipsius rei qḋ est intelligendũ: vt j.proxi.dicetur ⁊ in.v.limita.si lapso tempore actus sit inualidus vel inefficax ad obligandum: facit qḋ dicimus de tempore appellandi vt in aut.hodie.C.de appel.qꝛ nõ põt partium consensu prorogari: vt ibi notatur ⁊ pȝ in cle.si appellationem de appel.⁊ habet per Alex.in.d.l.ij.in.vj.col.ff.de re iudi. Simile pȝ in tempore a lege prefixo pro adeũda he-

reditate vel petenda bo.pos.l.j.§.largius.ff. de suc.edi.l.fi. C.q admit.l.nōnunq̄.C.de colla.bo.l.licet.C.de iure deli. q2 nō sufficit in iuribus pdictis facere nisi fiat.j.tps statutū.

¶ Et propterea dicendū puto ꝙ in pactis ipso iure resolutiuis sicut legis cōmissorie ⁊ adiectionis in diem tēpus possit dici de forma.l.si quis hac in princ.iunctis notatis in.l.si ager.ff.de rei ven.⁊.l.fi.ff.de leg.cōmis.⁊.l.cōmissorie.C.de pactis inter emp.⁊ ven.⁊ est de mente Signo.cōsi.xcij.lz secus sit i cōtractib⁹ ipso iure non resolutiuis prout est fm cōmunem sniam pactum de retrouendendo iuxta ea que late cōsulunt Alex.in consi.x.incipi.videretur fortusse.j.volu.⁊ do.Fran.cur.ↄsi.xij.cu[m] concor.de quibus p do.meum.d. Ias.in.l.ab emptione.ff.de pac. Et eo casu tempus cēsetur de iustitia cū ex eius inobseruantia cōtractus nihilominus valeat ⁊ duret vt ibi ⁊ prout in simili videmus in.l.celsus in fi.ff.de arbi.ad qd faciunt que dicent.j.eo.in.v.limita.facit ad hoc qd videmus in simili qn̄ aliquid relinquitur temporaliter seu ex tempore.l.publius.§.j.ff.de cōdi.⁊ demon.l. ex verbis.C.qn̄ di.leg.ce.l.si ita legatum la.ij.§.j.ff.de leg. ij.facit etiā.c.licet de sup.negli.prela.vbi ordinarius tenet conferre.j.tempus concilij ⁊ collatio postea facta nō valet. Et predicta sunt notanda pp̄ter constitutiones ecclesiarū: que imponunt metas tempor̄ fm Bal.in.d.aut.que supplicatio. Hinc dixit Brixi.in reper.in verbo forma.Q2 ex hoc nouiter habetur ratio quare collatio sacrorū ordinum facta extra tempora a canonibus prefixa careat debito effectu lz fm Hostiē.in summa de temp.ordi.§.qualiter caracter imprimatur. Maxime aūt tēpus est de forma qn̄ subiicit clausula ꝙ post tempus quis nō audiatur vt p Ro.in cōsil.xxiij. incip.nescio quid dubitationis in fi. Ubi dixit ꝙ statuto requirente fieri preceptum creditori de pducendo instrumentum.j.certum tempus ita ꝙ nisi.j.illud producat nō audiatur,tenebitur iudex seruare formam statuti in faciendo preceptum ꝙ.j.tempus statuti producatur nisi preceptum per iudicem non seruata ipsa forma statuti factum erit nullum: qd latius cōprobari pōt ex his q̄ dicta sunt.s.hoc eo.arti.j. conclu. Ideo Ro.consi.lxvj.incip.vir eximie:dixit ꝙ qn̄ apponitur clausula annullatiua circa tempus quo casu est de forma:vt in.j.conclu.excessus temporis viciat actum etiā in tempore licito:puta si electio fieri debeat per annū alś non valeat:nā si fiat p triēniū non valet ēt per annū:de quo dicet j.de potentia ⁊ effectib⁹ forme circa quartū effectū vel.v.

¶ Item maxime est de forma fm Bal.in aut.iubemus ad fi.C.de iudic.⁊ in.l.j.C.de requi.re.qn̄ eo elapso incurritur pena. Ex quo infert ad statutum mandans prefigi bannito terminum decem dierum quo elapso habeatur pro cōfesso: ꝙ non potest tale tempus prorogari per glo.in.c.j.in verbo tertiam vocationem de mili.vas.qui cōtu.est.sequit Imol. consi.lxxvj.penul.col.circa quartum dubium. Sed obstant nō.per Alex.in.l.j.in prin.C.de iudi.ꝙ vbi statutū mandat causam sub pena.j.certum tempus terminari tunc tempus non sit de forma:de quo dixi plene latius.s.eo.arti.iij.conclu.⁊ ad ibi dicta me remitto.

¶ Et generaliter tempus indubitāter est de forma:quādo studiose ⁊ pro substantia actus mandatur obseruari: ita ꝙ posito tempore ponatur actus ⁊ producatur in esse ⁊ eo remoto remoueatur actus ⁊ eius essentia:secus aūt vbi ponit ad bene esse fm Panor.in consi.xcij.incip.statuto ciuitatis grossetane in fi.j.volu.⁊ do.preceptorē meū do.Ias.in.d. aut.que supplicatio.C.de preci.imper.offe.per nō.p Bar. in.l.vniuersa.C.eo.⁊ in.l.prolatam.C.de sen.⁊ Cano.l.c.ij. de consue.qd latius examinaui.s.eo.vj.cōclu. Et alij modi possunt circa tempus ↄsiderari traditi in prece.cōclu.s.eo.

¶ Et adeo tēpus est de forma vt eius prorogatio fieri non possit etiā per habentem arbitrium circa factū vel actū per nō.per Bar.in.d.l.si in lege in prin.ff.loca.⁊ est tex.in.l.qui rome.§.calimacus.ff.de verb.oblig.⁊ ibi etiā traditur ⁊ hic est vnus effectus vltra premissos hac ea.conclu.

¶ Item ex hoc ꝙ tempus est de forma succedit ꝙ in statutis vnum tempus in aliud non resoluatur fm Bal.in.l.si ita scriptum.§.si pater.ff.de leg.ij.vbi vult ꝙ stante statuto ꝙ quicūq̄ ceperit bānitum ⁊ eum cōmuni presentauerit lucretur certū quid si contingat aliquem presentare bānitū quem acceperat ante conditum statutū talis non consequetur lucrum statuti:q2 statutum loquitur de capiendis post ipsum statutū:lz fm Bald.secus esset in alia materia q̄ statutaria

Questio

Illatio.

Questio

propterea q2 statuta sunt stricte intelligenda:vnde pōt dici ꝙ ibi tempus sit de iustitia vel substantia actus magisq̄ de mera forma. Et melius ad hoc facit qd dixit Bal.in.d.c.lz de sup.negli.prela.ꝙ tempus a statuto determinato modo prolatum dz determinato modo impleri.ita vt alteri⁹ temporis nō recipiat functionem.l.si vsusfruc.ibi in biennium ff.de vsufruc.lega. Ex quo infert ꝙ vbi statutū cassat testamentum qd non fuerit.j.sex menses insinuatū stante alio statuto determinante tempus insinuādi a principio maij vsq̄ ad calendas nouēbris ⁊ a calendis nouēbris vsq̄ ad calēdas maij. Si contingat testatorē mori in calendis augusti ⁊ superuenire ferias durantes per tres mēses:ita ꝙ nō fuerit facta propter ferias insinuatio in primis sex mensibus ⁊ cōtingat ꝙ in trimestri post calendas nouēbris:nō fuerit petita insinuatio per hoc nō cassabitur testamentū: q2 menses nō sunt assignati i genere sz modo determinato:ita ꝙ vnū semestre nō debeat fieri ex coniunctione predictor̄ duor̄ trimestriū sed capi debeat fm formā statuti ac eius determinationē:⁊ sic habebit heres totum fm semestre:vt clarius decidit ipse Bald.in.l.fi.§.si qs sepius.ff.ex qui.cau.ma.⁊ an statuta de tempore intelligant de perseuerāti Bal.in.l.j.C.si mici.ita suc.alie.⁊ an de vtili Bal.in.l.genero.ff.de insa.⁊ in.d.c.lz cū suis concor. Insup ex hoc ꝙ tempus sit de forma īsurgit fm Bal.in.l.obseruare.§.post hec.ij.col.ff.de offi.procō.⁊ leg.ꝙ pax aut appellatio aut aliud tēpore sopitū ratificari nō posse.l.j.ff.de appel.reci.l.bonor̄ cū ibi notatis maxime per Bar.ff.rem ra.ha.q2 vbi tempus est de substantia oportet illud obseruari alś act⁹ est ipso iure null⁹.d.l.scire oportet.§.consequens.ff.de excu.tu.⁊ q2 qui recedit a tēpore recedit a forma.d.l.qui rome.§.calimacus.ff.de verb.oblig.⁊ l.cbans.§.inter.ff.de fideicō.li.⁊.l.statuliberi.§.fi.ff. de statulibe. Quod dictū fm eum limitatur ex notabili.q.per eū ibi inserta de statuto disponente ꝙ bānitus pro homicidio capite puniat:si venerit in fortiam cōis priusq̄ habuerit pacem cum heredibus occisi:vt si heredes occisi reddiderint pacē pro bānito illicet amico bānitū anteq̄ veniret bānitus in fortiam cōis possit post aduentum suū bānitus ratificare ⁊ euitare aut nō incurrere penā statuti:de qua materia lati⁹ dicetur.j.de potentia ⁊ effectibus forme omisse.

¶ Predicta cōclusio limitatur:vt nō procedat qn̄ ex precedentibus ⁊ sequētib⁹ vel subiecta materia:appareret de mēte disponētis ꝙ voluerit illud tempus esse de bene esse vel de leui solēnitate fm Panor.si bene eius verba,ponderent in d.ↄsi.xcij.icip.statuto ciuitatis grossetane vlt.col.vbi dixit ꝙ si statutū mandat prioribus sub pena:vt eligant ⁊ conducant medicū in ciuitate de mense ianuarij ꝙ valebit electio facta per priores post ipsum tempus: q2 ratio ⁊ pfatio dicti statuti fundat super sanitate corporū:que sanitas i pe nō coarctatur. Et ad hanc limitationē faciunt que dixi de leui solēnitate.s.in.viij.conclu. Et que dixi.s.in.vj.⁊.xij.cōclu.ꝙ illud nō dicatur de forma ꝙ verisimiliter nō est introductū pro forma:prout in pposito. Et idcirco dixit Panor.in ↄsi. ⁊ loco palleg.ꝙ tūc tempus dicitur de forma:qn̄ studiose apponitur:circa qd videri possunt que dixi.s.in .vj. cōclu.⁊ in xij.conclu.⁊ fm hanc limitn.puto saluari dictū Alex.in ↄsi. xxiiij.incipi.inspecto pcessu.j.col.iij.vol.vū vult ꝙ statuto pmittente primiores posse.j.terminū mensis repetere rem venditā extraneo mediante precio soluto. Et vlterius mandante vēditiones debere publicari.j.dies.iiij.post ↄctū:vt possit currere dictus terminus primiorib⁹ ꝙ lz publicatio fiat post quattuor dies:nihilominus a die publicatiōis curret terminus. Nā fm limitationē suprascriptā iste terminus quattuor dier̄ nō est pro forma:q2 ex rōne statuti appareret ꝙ fuerit introductus ad finē:vt currat terminus primiorib⁹: ita vt sufficiat quādocūq̄ publicari. Attenta dicta ratione ⁊ faciunt que dicam in.iij.limitatione.j.eo.

Limitatões

¶ Secundo limitatur:vt nō procedat qn̄ tempus nō prefigitur actui vel instantie sz psone ⁊ sic ad finē vt actus citius expediat prut videmus qn̄ statutum pcipit iudici ꝙ.j.certū tempus causas expediat iuxta late nō.in.l.pperandū in pn. C.de iudi.⁊ in.c.venerabilis co.ti.⁊ ita posset itelligi ac saluari decisio Panor.in.d.ↄsi.xcij.de quo memini in pcedēti limitn. Et hoc pcedit ēt si pena imponat homini ad finē vt actus citius expediat:vt vult Alex.in.d.l.pperandū in pn. in fi.cōmē.cū concor.que adduxi.s.eo.arti.iij.conclu.⁊ vult etiam Panor.in.c.de causis.iij.col.de offi.delega.

¶ Pro predicta

¶ Pro predicta limitatione facit quod dixit Paul. de ca. in consi. cccxxiiij. incipien. in Christi nomine videtur dicendum dum vult q si statutum mandat iudici vt causam expediat infra certum tempus valebit sententia etiam post tempus lata quia ex tempore non datur iudici modus vel forma procedendi sed prouidetur de celeriore expeditione. l. si in lege in principio. ff. loca. allegat Bald. in. d. l. properandum sequitur Fely. in. c. ex parte quinta colum. versicul. sextus ⁊ vltimus casus de consti. quod dictum vbi causa delegaretur expedienda infra certum tempus ita simpliciter nõ procederet. d. c. de causis cum ibi notatis de offic. delega. Et videri possunt pro pleniore noticia predictorum nota. in d. l. properandum ⁊ in. d. c. venerabilis. Et ad predicta facit quod dixit Bald. in. l. qui procurator. ff. de procu. q stante statuto q fur statim debeat fustigari si iudex differat non propter hoc liberabitur fur a pena fustigationis ⁊ quomodo tempus multipliciter prefigatur in iudiciis aliquando iudici aliquando instantie aliquando propositiõi aliquando aliter tradit Bald. in. l. obseruare. §. proficisci tertia questione. ff. de offi. proconsul. Bald. Salyce. ⁊ docto. in. d. l. properandum Panor. ⁊ docto. in. d. c. de causis.

¶ Tertio limitatur vt non procedat quando temporis prefixio sui natura ad aliud q̃ ad formandum accõmodatur puta quia ad demonstrationem seu certificationem exigitur vel pro iusticia vt patet ex his que dixi. xii. conclusione per totam ⁊ in primis chartis post Panor. in. c. quia propter sexta colum. xviij. substantiali de elect. de prefixione diei ad celebrandam electionem vt sit de iusticia nõ de forma electionis. Hinc secundum Alberi. de ro. in. l. cum duobus. §. idem respondit socius. ff. pro soci. stãte statuto q missus in possessionem ex primo decreto possit. j. mensem petere sibi dominium assignari nihilominus poterit petere post mensem licet non bene probetur per illum tex. secundum eum ad quod faciunt que dixi supra eo. prima limitatione ⁊ que dicã. j. in. v. limitatione ⁊ facit quod notat Barto. in. l. non solum. §. sed vt probari. ff. de ope. no. nun. in illa materia q exprimendum sit ⁊ probandum tempus quando aliquid est aliquo tempore illicitum ⁊ aliquo tempore licitum. Et videmus q in instrumentis aliquando debet apponi hora quia iusticia hoc suadet nõ solemnitas vt sciamus quis actus sit factus prius ex his qui eadem die sunt celebrati vel plerumq quando tempus currit de momento ad momentum de quo per Joã. And. Bal. Ant. Jmol. Panor. ⁊ docto. in. c. pastoralis de rescrip. per glo. ⁊ docto. in. l. ticius. §. lucius. ff. de li. ⁊ post. ⁊ per scribentes in. l. si quis eum. §. primo. ff. de vulg. ⁊ pup. Bald. in. l. prescriptione quarta colum. C. si contra ius vel vtili. public. ⁊ in. l. imperator in prima lectu. tertia colum. ff. de sta. ho. ⁊ in. l. cum proponas in fi. C. de inter. ma. ⁊ in. c. capitulum prima colum. de rescrip. ⁊ in capitulo consuluit de offic. delega. ⁊ in. c. secundo de confes. ⁊ in. c. quoniam cõtra ⁊. c. licet de proba. ⁊ in. c. ego. n. in principio cõmẽ. de iureiu. ⁊ Joan. An. in addi. Spec. in titulo de instru. edi. §. breuiter in addi. incip. hora cum cõcor. tradita per Modernos in locis preallegatis.

¶ Quarto limitatur vbicunque tempus non est prefixum ⁊ determinatum sed est variabile vel arbitrarium q tunc non dicitur de forma. de variabili est decisio Bald. in. l. de die tertia colum. versiculo ex predictis videtur. ff. qui satis. cog. ⁊ dixi supra in. xiiij. conclusione vltra que faciunt que dixit Bald. in. c. l3 de sup. negl. prela. vbi facit differentiam inter tempus determinato modo prefixum ⁊ simpliciter seu in genere de quo etiam per Bald. in. l. necnõ. §. si quis sepius. ff. ex. qui. ca. ma. ⁊ dixi. s. ea. conclu. versi. Itẽ ex hoc. De arbitrario patet ex notatis per Bar. ⁊ Paulũ de castro in. l. si in lege in principio cõmen. ff. loca. ⁊ per Pau. de cast. ⁊ plerosq scribentes in. l. qui rome. §. calimacus vbi late Alexã. in vltima colum. ff. de verbo. obliga. ⁊ Paul. de cast. in auctẽtica que supplicatio post Bald. ⁊ Saly. C. de preci. ipe. offe. Ex quo inferunt q arbitrium datum potestati in cõdẽnando non trahitur ad temporis prorogationem nec arbitrium datum circa qualitatem actus vel facti: vnde potestas qui habet arbitrium in condemnando non potest prorogare instantiam statuti secus si haberet arbitrium in procedendo vt ibi latius per eos reliqua ad hanc limitationem dicta sunt. s. eo. ar. xiiij. conclusione.

¶ Quinto limitatur vbi executio obligationis in tempore aut visus non ipsa obligatio modificantur ⁊ qualificantur ⁊ determinantur quia tempus non est forma obligatiõis vt patet in. l. seruitutes. §. fi. iuncta. l. sequẽ. §. visus. ff. de serui. titulo generali post glos. ibi vbi patet q seruitus constituta eo modo vt quis certo tempore seu certis diebus ac horis vtatur est perpetua ac pura ⁊ non desinit ⁊ non habet annexum tempus ad effectum vt ex tempore vel ad tempus videatur constituta sed vt ex tempore modificetur visus seruitutis ⁊ consequenter tempus est de iusticia non de forma qua non seruata actus perit ⁊ facit alia ratio quam in seq. limitatiõe referam. ideo Panor. post cão. in. c. sicut de spon. dicit q tẽpus vel terminus quandoq ponitur ad solicitandum implementum in obligationibus ⁊ tunc lapsus termini nõ liberat ab obligatione ⁊ ita loquitur lex celsus in fi. ff. de arbi. aliqñ ponitur ad finiendum seu limitandum obligationem ⁊ tunc lapsus termini liberat ab obligatione declarando vt ibi mirabiliter per cano. puta prout habui in facto si vnus fratrum se obligauit infra pascha facere portiones ⁊ dare alij optionẽ ⁊ alter ei dare. x. quia non facta diuisione. j. tempus alter nõ tenetur ad decem.

¶ Sexto dicta conclusio limitatur vt nõ procedat in die obligationi prefixa quia licet dicatur pars contractus vt notat in. l. i. §. editiones. ff. de edendo non tamen est de forma nec est pars substantialis sed qualificatiua seu q̃titatiua secũdũ Ange. Alexan. ⁊ cõmuniter scribentes post eos in dicto. §. editiones ⁊ Bar. in. l. ita stipulatus prima colum. ff. de ver. obliga. ⁊ in. l. ex duobus la prima. ff. de duo. re. quicquid dicatur contrarium Ful. in. d. §. editiones ⁊ hoc patet ab effectu quia lapsus diei non extinguit obligationem. l. celsus in fi. ff. de arbi. l. mora. ff. de vsur. l. vinum. ff. si cer. peta. ⁊. l. insulam cum concordan. ff. de verbo. ob. Et potest tunc tempus dici de iusticia actus ex quo concernit ius ⁊ cõmodum primũ debitoris in expectatione ⁊ dilatione. ⁊ creditoris in termino ne iuste possit excedi. d. l. celsus in fi. ⁊. c. cum dilecti de dolo ⁊ contu. Ad quod facit quia licet in tali tempore morã purgare. c. potuit de loca. ⁊ quod late habetur in dicta. l. insulam ⁊ dicetur in conclu. seq. vbi colligi possunt limitatões ad hec dicta.

¶ Septimo predicta conclusio limitatur vbicunq iura volunt posse fieri post tempus a lege statuto vel ab homine limitatum vt per Bar. late in. l. suus quoq. §. fi. ff. de hered. institu. ⁊ Bald. in. l. acceptam. xxj. questione. C. de vsur. vbi facit differentiam inter terminum seu diem prefixum debitori ex causa probabili ⁊ ex maleficio cum concord. de quibus per Panor. in dicto consilio. xcij. inci. statuto ciuitatis grossetane primo vol. vbi adducit plura exempla ⁊ iura in q̃bus lex ⁊ canon. permittunt aliquid fieri ⁊ factum valere post lapsum temporis legis vel canonis. Et simile patet vbicunque iura permittunt moram purgari vt in dicto capitulo potuit de loca. ⁊ in dicta. l. insulam vbi late examinatur hec materia. ff. de verbo. obliga. ⁊ in. l. ⁊ si post tres vbi late de purgatione more in iudicijs. ff. si quis cau. ⁊ quod dixit Bal. in. d. l. acceptam. xxi. q. preallegata iunctis notatis per Bal. in. l. eos. C. de vsur. rei iu. cũ concordan. de quibus in tract. Ange. super malefi. in clausula quas si nõ soluerit vbi de purgatione more i maleficijs seu eius quod ex maleficio debetur ⁊ tenent q non de quo etiam per Alexan. in consi. xxiiij. incipiẽte inspecto versiculo tertio corroboratur quarto volu. licet Bal. in. l. si fideiussor in medio cõmen. C. de fideius. dicat q tempus datum ad homine magis sit seruandum q̃ datum a lege contra quod est. l. nonnunquã. ff. de colla. bo. dum ibi in tempore dato a lege non potest mora purgari. In qua materia purgationis more quo ad propositum potest aduerti ad tex. i. l. sancim⁹. C. de testa ⁊ ad q̃nẽ ibi positã per Bal. de statuto disponente q testamenta debeant. j. tres menses insinuari ⁊ q alias possit peti testamentum cassari an admittatur purgatio more an vero tempus sit precisum ⁊ formale. Et pro complemento huius fallentie etiam potest dubitari An cum dicamus q tempus non currat ignoranti vel impedito ita q a principio dicatur tempus vtile vt per Bald. in c. licet de supplẽ. negli. prela. ⁊ in. l. item veniunt. §. anteq̃ ff. peti. here. ⁊ in. l. annus. ff. de calum. ⁊ Bart. in. l. senatus ff. de offi. presi. cum concor. de quibus per cano. in. c. vigilanti vbi Fely. in prin. cõmen. ⁊ in. c. ex transmissa circa quartam col. de prescrip. vbi tangunt ex presupposito q tempus currat saltem detur restitutio tunc tempus dicatur de iusticia

vel de

vel de forma. Breuiter teneo ꝙ his casibus possit esse de forma ⁊ õ iudicia ⁊ ꝙ ista questio adaptetur siue tempus sit de forma siue nõ. vt per glo. ⁊ doct. in. l. properandum. §. sin autem vtroqꝫ vbi Bart. in fi. cõmen. iunctis notatis in. §. fi. C. de iudi. ⁊ gl. in. c. pen. eo. titulo ⁊ Alexan. consilio. xliij. incipien. in casu ⁊. lxxij. tertio volu. dum volunt aduersus lapsum temporis instantie legis vel statuti dari posse restitutionẽ in integrum quod tempus vt supra probatum fuit est de forma data in procedendo ita ꝙ partium consensu prorogari non potest vt habetur in dicta. l. properandum in princip. ⁊ in dicto capitulo de causis de offi. delega. nam vt dicetur. j. de effectibus forme dispositio formam introducens vel solẽnitates bene recipit interpretationem ⁊ limitationem a iure cõmuni vel speciali ⁊ priuilegiato.

¶ Sed an tempus quod potest suspendi vt est tempus fatalium cle. quãdiu de appel. iunctis concordan. traditis in. d. l. properandum in principio. dicatur de forma puto dicendũ ꝙ sic quia est de forma procedendi per ea que dicta sunt de tempore instantie principalis ⁊ quia prorogari non potest partium consensu licet possit ex permissione legis propter eius breuitatem ⁊ publicam vtilitatem suspendi vt notat in. d. l. properandum in princip. ⁊ per Jo. an. in addi. Spec. in titu. de appellatione. §. nunc breuiter super versiculo lꝫ autem ⁊ Cy. in aucten. ei qui ad fi. C. de tempo. ap. ⁊ Bar. in aucten. si tamen. C. eod. titu. ⁊ docto. in. d. c. pe. ⁊ Anto. de But. ⁊ Panor. in. c. ex ratione de appel. cum concordan.

¶ Decimaoctaua sit conclusio ꝙ ea que possunt ita adesse ante actum sicut tempore actus si requirantur adesse ad validitatem actus non sunt de forma secundum Angel. in. l. qtõne. §. duo fratres. ij. q. ff. de verbo. ob. per. l. cum hi. §. si p tor. ff. de transa. ⁊. l. obligari. §. tutor. ff. de admi. tu. ex quo infert Ang. in. d. §. duo fratres i qõne preallegata ꝙ scĩetia testamenti q̃ exigitur in transigente super testamento non sit de forma cum haberi possit ante transactionem cuius contrarium dicit ibi Jmol. cum quo transit Alex. ibi in. xxxix. colũ. de qua materia dixi. s. prima conclusione secunda columna ⁊ l artic. quotuplex forma.

¶ Decimanona alie conclusiones possent subiungi que ex predictis conclusionibus eliciuntur prout est ꝙ non censeat traditum pro forma illud quod pro forma disponens verisimiliter non habuit. Et illud quod habet alium proprium ⁊ accommodatum finem seu effectum ad aliud q̃ ad formandum vel solemnizandum puta vtilitatis commodi vel interesse partium vel iusticie aut gratia consultationis instructionis admonitionis vel commemorationis seu alias ad bene esse traditum vel ad hoc se habens vt de his omnibus dictum fuit in. xij. conclusione per totam ⁊ in. xiij. ⁊ in. xv. vbi de ordine consultorio iunctis his que dicta sunt in precedẽ. conclu. in limitationibus. Et satis sit lectori labor meus predictus tum pro laboribus alleuiandis tum pro aperiẽda via altius cogitandi ⁊ inuestigandi propter quod sepe vtor multilogo ⁊ ne minus doctis me inutilem reddã circa discurrendas canonistarum in hac ⁊ laboriosa materia sententias ⁊ legistarum subtilitates quia ex subtilitate legistarum ⁊ plano sensu canonistarum fit bona compillatio ⁊ dominus Fely. in hac materia ponit decem signa ad cognoscendum quando aliquid censeatur traditũ pro forma vel solemnitate que in vna charta continentur in. d. c. cum dilecta de rescrip. in predictis conclusionibus contenta.

¶ De potentia ⁊ effectibus forme ⁊ solemnitatis.

ISte articulus hꝫ tria membra primũ est de effectibus forme vel solemnitatis interposite vel adhibite.

¶ Secundus de effectibus forme ⁊ solẽnitatis omisse.

¶ Tertiꝰ de quo deo duce anno sequenti alibi dicam ẽ de effectu reformationis seu transformationis.

¶ Circa primum membrum quo ad effectus forme ac solẽnitatis adhibite mihi occurrunt infrascripti effectus.

¶ Primus est quia forma dat esse rei tã secundum nos iuristas q̃ secundum phm. vij. ⁊. viij. metha. vt patet in. l. iul. §. sed ⁊ si quis. ff. ad exhi. ⁊ l. l. scia. ff. õ an. ⁊ ar. leg. ⁊. c. si mortui de conse. distin. prima ⁊. c. in ciuitate versiculo ex forma de vsur. vbi patet ꝙ forma rei est esse rei ad quod facit. l. labeo ⁊. l. sabinus. ff. de verbo. signi. ⁊. l. diuus. ff. de in integ. resti. ⁊. l. j. §. cum qui. ff. de consti. pe. ⁊ dictũ fuit late supra de cognitione forme circa eius diffinitionẽ ideo forma omissa res destituitur. c. ⁊ dixit in fi. de conse. distin. secunda ⁊ dicetur in sequenti mẽbro de effectibus forme omisse sic ⁊ forma agri amissa desinit esse ager. l. adeo. §. ꝙ si ex toto. ff. de acq. re. do. Et propterea dixit Bal. in. l. j. §. pro secundo l fi. cõmen. C. de cadu. tol. ꝙ forma ⁊ ens conuertũtur. Jdeo inhabilis ad adhibendum formã censetur inhabilis ad actũ vt in deportato qui quãuis retineat ea que sunt iurisgentiũ l. eius qui in principio. ff. de testa. non potest facere testamẽtum eo quia non potest adhibere solemnitates traditas per iura ciuilia testamentis insti. eo. in principio cum lꝫ testamẽta sint iurisgentium inuentione tamen solemnitate sunt de iure ciuili vt habetur in. l. interdum in prin. ff. de conditione inde. ⁊ ita tenent doct. in. l. si testamẽtũ vbi dominus meus Jas. in fi. cõmen. C. de testa. Hoc autem ꝙ forma det esse rei debet intelligi secundum Bald. in. l. non dubium in vltimo notabili per illum tex. C. de legi. quo ad ciuile vinculũ nisi lex resistat actui quia nullus actus est tante solemnitatis vt stipulatio vel tante equitatis vt mandatum qui valeat lege resistente secundum eum.

Forma dat esse rei.

¶ Secundus effectus precedenti subalternus est quia forma dat perfectionem. l. si is qui quadringenta. §. quedam ff. ad leg. fal. notat Bal. in Rubrica. ff. de te. di. versic. quarto quando dicatur cum preceden.

Forma dat perfectiõeꝫ.

¶ Et ex hoc insurgit ꝙ forma non cadit in entibus imperfectis vt etiam dicit Bald. in. l. secunda in. xij. colum. C. de serui. per tex. in. d. §. quedam vbi est expressum ꝙ forma nõ nisi ex consumatione procedit ⁊ est etiam tex. cum glo. in. l. qui falsam in principio. ff. de fal. ideo dicebat Bald. in. l. prima tertia colum. C. de condi. inser. ꝙ omnis forma idem est ꝙ status rei vel dispositionis perfectus de quo dixi supra õ cognitione forme circa eius diffinitionem. nam vt proxime dixi forma ⁊ ens conuertuntur ideo ex duobus imperfectis non solet fieri vnum formale vel perfectum vt est glo. in. c. quorundam. xxiij. distin. vbi docto. ⁊. d. prepo. ⁊ est materia alibi tractanda. Et propterea bene dixit Bald. in. l. stipulatio. §. opus. ff. de oper. no. nun. ꝙ preludia seu preparamenta non ostendunt formam rei ⁊ consequenter illud quod dicitur preparamenta vel propinqua actui haberi pro actu nõ procedit ratione forme. Est autem perfectum secundũ nos ⁊ phm cui nulle suarum partium desunt vel quod ex omnibus suis partibus constat quod cum exigat longum discussum suo loco deo dãte examinandum relinquo ⁊ est tex. cũ concor. in glo. allegatis. in. l. prima. ff. de ori. iuris Bal. i. l. cum antiquitas primo notabili. C. de testamen. ⁊ secundum Bal. in. l. nihil per illum tex. C. de manumis. vin. illud dicatur perfectum cui nihil addi potest.

Forma non cadit in entibus imperfectis.

¶ Et licet prima pares cuiuslibet forme sit fundamẽtũ: vt notat Bal. in Rubrica preallegata. ff. de re. di. pen. col. non tamen sequitur ꝙ ibi adsit forma ante perfectionem vt etiã ibi dicit Bald. ⁊ licet opus imperfectum dicatur a iure opꝰ. adeo vt dicatur nouum opus facere etiam qui solũ inchoauit. l. j. §. primo ⁊. §. opus ⁊. l. stipulatio. §. opus ⁊ per totũ ff. de oper. no. nun. hoc prouenit quia nomẽ operis materia subiecta etiam sic exigente conuenit tam operi formato q̃ informi vt loco suo deo duce dicere destinaui.

¶ Secundus effectus a predictis duobus dependens ẽ quia forme nihil addi vel minui potest cum id quod perfectũ est non recipiat ex interuallo magis ⁊ minus secundum Bal. in. l. fi. secunda colum. C. de fide ⁊ legi. ⁊ in. l. contractus. C. de fi. instru. per. l. ij. C. de manumis. vindicta ideo secundum Bal. in. d. l. contractus contractui qui habet suam formam nihil addi potest nec licitum est emendare voluit idẽ Bal. in. l. fi. alias in aucten. sed nouo iure. C. si cer. peta. ⁊ Barto. in. l. testium. C. de testi. ⁊ ideo secundũ Bal. in. l. precibus in prin. vſic. secunde qõnis. C. de impu. ⁊ ali. sub. vſ. illud qd est perfectum non recipit aliam formam ⁊ secundum Bal. in. l. perfectam per illum tex. C. de donatio. que sub modo in entibus perfectis non potest addi forma substantialis nisi

Forme nihil addi fẽ.

prima

prima destructa ⁊ secundum eum patet exemplum ex ratio-
ne naturali ⁊ dico in materia augmenti in.v. conclusiōe prī-
cipali ꝙ nihil additum tale faciat desinere rem esse talem.
Et ex hac ratione doct.in.l.iij.§.ex pluribus vbi dominus
meus Ias.in vltimo notabili.ff.de acqui.pos.dicit ꝙ domi-
nium non potest queri ex pluribus causis eo quia dominium
est quod perfectum ita ꝙ impossibile sit ꝙ qui semel factus
est dominus ex vna causa vel titulo efficiatur ex alio iteruz
dominus.§.sic itaqꝫ insti.de act.⁊.§.sed si rem legataru inī-
sti.de lega.vbi dicitur quod meum est amplius meum fieri
non potest ita ꝙ non valeat legatum mihi de re mea factuz
⁊ cum dominium sit quid perfectum non potest nouam for-
mam recipere per predicta. Quod procedit secundum.do.
meum post Modernos quando certus est talis titulus:naz
quando est dubium de prima causa vel titulo bene potest ac-
quiri dominium ex secunda causa.c.post electionem de con
ces.preben.secundum Ioan.an.in.c.cum persone in fi.de p-
ui.in.vj.⁊ Panor.consilio.cx.incipi.intar in presenti causa
prima colum.ij.volu.vbi subdit ꝙ licet eiusdez rei dominiū
quis non possit ex diuersis causis acqrere.d.§.ex pluribus
potest tamen plures titulos ad sui defensionem allegare ⁊
ex pluribus titulis se defendere vt ibi per eum. Et quia l.l.

De superfluitate

testamentuz non ideo minus.C.de testa.dicitur ꝙ superflui-
tas non viciat istud procedit quia forma non additur ⁊ eodē
contextu superfluitas apponitur. Quinimo secundūz Bal.
ibi superflui as concernens formalitatem ita demum viciat
si sit contra naturam actus alias secus ⁊ ita intelligit Bar.
in.l.prima.§.si quis ita vltima questione.ff.de verbo.oblig.
ꝙ inutilis stipulatio non viciat contractum vnde nūerus no-
uem testiuz non viciat testm̄ vt alias dixi ⁊ notat mari.consi.
xxxvij.in principio ⁊ Signo.consi.xvij.quod intelligo eodē
contextu.nam ex interuallo addi vel minui non potest sine
noua forma vel solennitate vt in.l.heredes palaz.§.si quid
post.ff.de testa.cum ibi notatis ⁊ in.l.si mre cum ibi notatis
ff.de leg.iij.⁊ in.l.iubemus.C.eo.⁊ dicetur plenius.j.in ar-
ticulo in quibus casibus ⁊ personis forma seruanda ⁊ secun-
dum Fran.de are.in.l.qui quartam.ff.de lega.primo in pri.
cōmen.excedens numerum non peccat in forma in tantū vt
etiam in conditionibus que debent impleri in forma specifi-
ca maiori summe minor insit. Quod est intelligendum nisi
mens disponentis repugnet vt per Signo.in.d.consil.xvij.
vel quando expressio maioris summe seu numeri tēdit ad in-
teresse partis vt in.l.diligenter.⁊.l.preterea cum.l.sequē.ff.
mand.⁊.Hinc secundum Bal.in.l.si seruum.ff.de acquiren.
here.stante statuto ꝙ de concordia soluatur tantum pro li-
bra si contingat plus solui nihilominus valebit cōcordia se-
cus si minus quia minus soluendo nō impletur conditio vel
forma sicut plus soluendo cum maiori summe minor insit vt
ibi per euz faciunt que dixit Roma.consi.lxvj.incip.vir exi-
mie de cuius dicto sepe alibi dico. Et quod in proposito di-
xit Cyn.in.l.hac consultissima.§.per nuncupationem prima
questione.C.de testamen. Et an superfluitas in formali-
libus vel solennitate viciet plenius dicetur.j.in membro
seq.ꝙ forma non seruata actus sit nullus in.xiij.ampliatiōe.
Reliqua colligūtur ex dicendis in seq.effectu ⁊ vtilitas hu-
ius effectus colliguntur ex iuribus ⁊ decisiōibus allegatis.
¶ Quartus effectus ex predictis insurgens ⁊ a predictis de-
pendens est quia forma ⁊ solennitas sunt quid indiuisibile ⁊
diuidi non possunt vt probat tex.in.d.l.si is qui quadringē-
ta.§.quedam vbi hoc notat Alexan.in secundo notabili.ff.
ad leg.fal.⁊ facit tex.in.c.si.de elect.notat.Bald.in.d.l.te-

Forma ē indivisibilis.

stamentum non ideo minus.C.de testa.⁊ in.l.si veritas per
illum tex.C.de fideicom.vbi dicit ꝙ omnis solēnitas est in-
diuisibilis vt ibi ⁊ in.l.si vnus.C.de testa.ideo secūdū Bar.
in.l.grece.§.illud.ff.de fideius.licet obligatio contineat rez
diuiduam tamen dispositio concernens formam talis obli-
gationis est indiuidua eo quia forma est indiuidua adeo vt
vtile per inutile vicietur in concernentibus formā vt.j.vij.
ampliatione ⁊.j.hoc eo.versi.proxime ⁊ secundum Bart.in
l.si ita qui in princip.cōmen.ff.de testa.ille qui adhibet ptez
solēnitatis nihil facit ex eo quia nihil fecisse videtur q par-
tem indiuidui facit.l.furiosum.C.qui testamen.fa.pos. Facit
ad hec quod notatur in materia diuidui ⁊ indiuidui ꝙ quā-
do factum est in obligatione quod ex confirmatione certam
formam recipit non possit pro parte fieri ⁊ ꝙ tunc qui totuz
non facit nil facere videatur.d.§.quedam cum ibi notatis,⁊
notat Bar.post Pe.de bellaper.in.l.stipulationes non di-
uiduntur in principio tertia questione.ff.de verbo.oblig.⁊
secundum docto.in.l.v.§.cato.ff.de verbo.ob.⁊ Bal.in.l.si
plures tertia colum.versi.exemplum de tertio.C.de condi.
inser.illud potest dici indiuiduum quod si diuidatur forma
corrumpitur quod secundum Bal.vbi.s.potest dupliciter
contingere vel quia forma sit patiua puta quia dictum sit ti-
tio vna cum seio tale opus facito vel formalis seu innata vt
si homo diuidatur per medium:naz tunc destruitur tota for-
ma humana cū ois forma sit status pfect⁹ rei vel dispositōis.
Idez sim cū si amputetur ei membrum vt notatur in.l.impe-
rium.ff.de iuris.om.iudi.quod est intelligenduz de vitali vt
per Bal.in.l.non sunt liberi secunda lect.ff.de sta.ho.⁊ dixi
s.de cognitione forme circa declarationem forme rex ani-
matarum anima sensitiua. Et ex hoc ꝙ forma sit indiuisibilis
dixit Bal.in.d.l.testamentum non ideo minus ꝙ ideo ver-
ba superflua contra naturam actus viciant quia est peccatū
forme cum forma sit indiuisibilis ⁊ inseparabilis ideo Bal.
in.l.iurisiurandi tertia colum.versi.idem dico.ff.de iureiu.
dixit ꝙ si ex forma statuti valet testamentum coram duobus
testibus dictum vnius testis vel si fiat coram vno teste nō fa-
cit semiplenam probationem nec vbicunqꝫ probatio pōitur
in conditione quia forma ⁊ conditiones perfecte debent im-
pleri vt latius per repetentes Modernos in.l.admonendi
ff.de iureiu.in limitationibus ad regulam ꝙ vnius testis fa-
cit semiplenam probationem ⁊ secundum Alberic.de ros.in
dictionario in verbo ar.versi.a connexis.vj.colum.ar.a for-
ma est ita efficax ꝙ lꝫ materia sit de se diuidua tamē vtile p
inutile viciatur prout etiam dixit Bar.in.d.l.grece.§.illud
s.proxime allegata de quo latius in.vij.ampliatiōe dicetur
ideo bene dixit Ro.d.consi.lxvj.incip.vir eximie ꝙ si taxa-
tio temporis sit de forma puta ꝙ electio fieri debeat per an-
num aliter non valeat ⁊ contingat illam fieri per triennium
non valet etiam in anno quia in his que sunt de forma vti-
le per inutile viciat cuz sit indiuisibilis de quo dixi in prece.
articulo prima conclu. Sic ⁊ alias nisi forma mandati ex to-
to impleatur actus est nullus.c.cum dilecta de rescrip.⁊.l.
si creditor.C.de pigno.⁊.d.l.diligenter.ff.man.licet ex beni-
gna interpretatione receptum sit in mādatis vt excessus for-
me que in q̄titate consistit passiz non viciet.d.l.preterea cū
seq.ff.manda.pariter ⁊ defectus.d.l.diligēter.§.item si mā-
dauero ⁊.§.is qui exequitur insti.eo.intelligēdo vt ibi. Et
quando dico constituuntur exercitores vnus solus gerēdo
nulliter facit.l.j.§.si plures.ff.de exer.quia forma non debet
diuidi vt per Bal.in rubrica.C.eo.secunda colum.versi.sed
contra hoc ⁊ dicetur in seq.effectu.
¶ Quod si opponatur de eo quod dixit Bal.in auctē.si om-
nes in si.C.si vt ab here.se absti.dum vult ꝙ si heres cōficiat
inuentarium quibusdam creditoribus vel legatariis solem-
niter citatis ⁊ quibusdam non citatis ꝙ inuentarium valeat
respectu citatorum ⁊ nō corruat ex toto licet quidaz fatuus
iudex tenuerit contrarium: vꝫ ꝙ nullo modo valeret quasi
omissa forma ⁊ solemnitate legali cum qua opinione transit
idem Bal.in.l.ab eo in si.C.quomodo ⁊ quando iu.⁊ in auē.
sed cum testator.C.ad leg.fal.ij.col.⁊ Bar.in cōsi.suo inci.
Martinus fere ⁊ in extrava.ad repri.in verbo per edictum
⁊ Bald.in.l.si.§.j.tertia colum.versi.quero ergo.C.de iure
deli.cum concordan.ibi in prin.legis allegatis per dominū
prece.meum in quinto requisito respōdetur vt dixi alias vꝫ
in articulo pcedē.l pcedēbtib⁹ ɔclusiōib⁹ ꝙ citatio magis ē
de iusticia q̄ꝫ de forma.nec dicitur diuidi inuentariuz ex eo
ꝙ tutor protestatur ꝙ si qua apponenda omisit offert se pa-
ratum in futurū apponere quia quātum in se est dicitur per-
fecisse vt per Bart.in.l.tutor qui repertorium:quarta colū.
versi.venio ad quartum.ff.de admi.tu.cum concord.
¶ Quintus notabilis effectus est ꝙ vbi aliquid apponitur
pro forma cēsemus ꝙ apponens nō erat alias ita facturus
contracturus mandaturus vel cōmissurus vt est tex.notabi-
lis l.d.l.si creditor vbi hoc notat Bal.C.de fideius.ibi eniz
dicit ꝙ ille qui mandauit ticio vt pecuniam mutuo daret seio
captis pignoribus a seio non poterit virtute mandati a ti-
cio conueniri si mutuauit seio pecūias sine pignoribus quia
mandans non censetur fuisse alias mandaturus de qua ma-
teria etiam dico.j.eo.in quinto effectu forme omisse vbi cō-
cludo ꝙ id quod fit extra formam censetur regulariter pro-
hibitum.

Ubi apponit aliqd pro forma cēsem⁹ ꝙ alias nō fuisset ɔcessum

¶ Predicta

¶ Predicta tamen non procederent in exercitore preposi-
to sub forma que contrahentibus posset esse captiosa vt si do-
minus constituat exercitorem sub forma ne alterum substitu-
at vel declaratione premissa ꝙ non intendit obligari nisi p
viliter gestis quia ista forma tanquam captiosa non attendi
tur secundum Bal. in rubrica. C. de exer. secunda col. versi.
sed contra hoc opponitur cum versicu. seq. dicit tamen ꝙ qñ
duo constituuntur vt vnus non possit sine alio gerere forma
non seruata dominus non obligabitur. l. j. §. si plures. ff. de

Numer⁹

exer. eo quia ista forma non est captiosa eo quia vnica poten
tia consistit in duobus ⁊ non diuiditur in se ipsa ⁊ duo habē
tur pro vno ⁊ vnus solus p nullo ⁊ sic virtus vnita in diuer-
sis personis efficit potestatem ⁊ in alia forma de qua. d. for-
ma per se ⁊ non per alium constat quia subsistendo per se sub
stituit euȝ substituere nō tenetur nisi quotiens vult ⁊ a sub

Subštō.

stituto descendit obligatio in substituentem ⁊ in preponētē
ex quadam necessaria consequentia vt ibi latius.

¶ Sextus effectus est quia forma ⁊ modus declarant volū-
tatem agentis vel disponentis non obstante contraria ver-
borum expressione ita ꝙ magis attendatur forma ꝙ̄ verbo
rum expressio etiam contraria vt patet in. l. non codicillum
vbi hoc notant doct. C. de testa. maxime Bal. in prin. cōmē.
secunda vel tertia oppo. notat Barto. in. l. j. §. quibus. ff. qđ
cuiusq̄ vniuer. no. ⁊ facit. l. si olei vbi bart. C. loca. ⁊. l. si vno
in prin. ff. eo. ⁊. l. si tam angusti vbi Bald. ff. de serui. facit. l.
vbi ita cum sua materia. ff. de dona. causa mor. dum nomina-
tio mortis non facit donationem habentem formam donatio

Forma ⁊ mod⁹ declarāt animū disponētis

nis inter viuos censeri donationem causa mortis sed totum

A fōma actus denoiatur.

e contra de quo etiam aliquid. j. proxime dicetur. Hinc suc-
cedit ꝙ non a nomine sed a forma ⁊ etiam ab effectu actus d
nominatur ⁊ dignoscitur ita ꝙ attēdatur forma ⁊ non deno-
minatio. d. l. non codicillum cum iuribus preallegatis glos.
vulgata ad hoc in. l. prima. §. quod ait. ff. de sup. facit tex. l. l.
insulam. ff. de prescrip. ver. Bar. in. d. l. si olei per illum tex.
⁊ Bal. in. d. l. si tam angusti ⁊ pulchre declarat Barto. in di
sputatione sua incipien. publicanus quidam ⁊ in. l. cotē fer
ro. §. qui maximos. ff. de publica. ideo lꝫ testator dixerit se
velle codicillari vocatis quinq̄ testibus tamē si instituit vel
exheredauit dr̄ voluisse testari. d. l. non codicillum. cum insti
tutio solum conueniat testamento ⁊ sit eius forma. §. ante he-
redis insti. de lega. ideo bene dixit Bal. in. l. solā tertia col.
C. de testi. ꝙ actus attribuitur forme ⁊ secundum Bald. in
Rubrica. C. de iure emphi. attenditur forma spreta quauis
denominatione quod est intelligendum in dubio ⁊ nisi de ꝯ
tra intentione ⁊ ꝙ contrarium ageretur appareat. l. j. §. cuꝫ
qui. ff. de consti. pec. ⁊. l. iurisgentium. §. quod fere. ff. de pa-
ctis. Ex quibus infertur ad multas questiones relatas in. d.

Qōnes.

l. non codicillum ⁊ in. l. si quis in fundi vocabulo. ff. de lega.
primo. Hinc dixit Alexan. in. l. stipulatio hoc modo conce-
pta. vij. colum. ff. de verbo. obliga. ꝙ lꝫ donans omnia bōa
regulariter ⁊ in dubio intelligatur velle donare causa mor-
tis vt notant Cy. ⁊ Bar. in. l. fi. C. de pactis tamen istud de-
bet intelligi si adhibiti sunt quinq̄ testes iuxta. l. fi. C. de do
na. causa mor. nam si essent pauciores tunc secundū eum eēt
donatio inter viuos per ea que in simili decidit Cy. in. l. hac
consultissima. C. de testa. in. §. per nuncupationem prima q̄-
stione vbi dicit ꝙ si reperitur scriptura testamenti in qua nō
sunt omnia requisita ad testamentum in scriptis ⁊ plura te-
stamento in scriptis conuenientia ⁊ que non sunt de forma
⁊ solemnitate nuncupatiui presumitur ꝙ testator poti⁹ vo-
luerit facere testamentum validum ⁊ sic nuncupatiuum quā
in scriptis ar. l. quotiens. ff. de re. du. ⁊. l. quotiens in stipula
tionibus. ff. de verbo. oblig. ⁊ late consuluit Sozi. consi. cxlij.
ex cuius dictis multum declaratur hec materia quod maxi
me dicit procedere quando in tali testamento adest clausula
ꝙ valeat omni meliore modo ⁊ ibi etiam decidit quid de cō
tractu in scriptis ⁊ ꝙ scriptura notarij non facit dici actum i
scriptis celebrari. Et sic act⁹ iudicatur a forma ⁊ i dubio ab
ea que actum non viciet. Et licet in questione Alex. esset fa
cta mentio mortis hoc non excludit quin possit esse donatio
inter viuos. l. vbi ita donatur. ff. de dona. cā mor. l. cum ma-
ritus. §. primo. ff. de pactis dotal.

¶ Sic ⁊ ex forma procedendi colligitur quam viā inter plu
res quis velit amplecti secundum Bal. Ang. ⁊ Alex. in. l. si
seruus plurium. §. fi. ff. de leg. primo ⁊ Bal. in. d. l. non codi
cillum ⁊ in. l. j. C. de arbi. ⁊ in. l. cum antea eo. titu. ⁊ Ang. in
dispu. sua incip. duo inuicem ⁊ Alexan. consilio. xlij. incipit.
ex his. iij. col. primo vol. Imol. in. l. nemo potest vbi plene
Fran. de are. in antepe. col. ff. de lega. primo ⁊ Fely. in. c. cū
ex officij in. xj. col. prima conclu. in fi. de prescrip. dicentes ꝙ
si electus in arbitrū ⁊ arbitratorē pronunciet taliter ꝙ non
intelligatur an pronunciauerit vt arbiter vel arbitrator at-
tendendus erit precedens processus q: si sequutus fuerit or
dinem iudiciarium ad instar arbitri censebitur vt arbiter p-
nunciasse ⁊ effectus insurget ꝙ non poterit peti reductio. l.
diem proferre. §. stari. ff. de arbi. ⁊. d. l. j. C. eo. titu. Si vero p
cesserit non seruato ordine iudiciario censebitur vt arbitra-
per quem dicunt ibi Ro. Pau. de cast. ⁊ moder. q qñ est dubium an appellatio sit deserta vel non et sunt rationes pro ⁊ contra debet iudex in dubio pronunciare non esse desertam facit qd dixit Bar. in. l. j. §. quero quid in appellatiōe. ff. nil. no. ⁊ quod nota. Host. in. c. p tuas. de testi. sed vt dixi. s. eo. articu. prima col. predicta decisio q presumat appellatio interposita infra decē dies a tēpore sciētie vbi de sciētia nō cōstat procedit sine forte ⁊ merito ex his sequitur q cuz causa sit exprimenda in appellatione ab interloquutoria. c. cuz causam. in fi. et. c. vt debitus. de appella. ⁊. d. c. romana. §. si vero non presumatur pro ipsa causa sed sit proponenda et probanda. d. c. si vero et. d. c. vt debitus. ⁊. c. interposita eo. titu. de appel. nisi causa consisteret in iure et non in facto quia tūc nō est opus alia probatione. l. ab ea parte. ff. de probatio. ⁊ facit text. in. c. significauerunt. vbi doc. ⁊ Feli. in vlt. nota. de testi.

¶ In laudo vero fieri solet conclusio q ita presumatur p rectitudine et iustitia laudi seu arbitramenti sicut pro sententia et ita voluit Dy. ɔsi. xix. fm meā impressionē inci. prolome⁹ quem sequitur Jo. an. in Spec. tit. de arbi. §. sequitur. versi. itē quid si cōpromissum in addi. incip. diu⁹ in regula ⁊ Bal. Anto. de but. Imol. ⁊ Panor. in. c. qm contra de probat. et But. consi. xxviij. inci. hec questio dubia habet vulgaria. ⁊ in c. quintauallis in. xlvj. col. de iureiur. et cōsi. xxxvij. inci. in qsito predicto et Pau. de cast. in cōsi. xxxvij. in antiquis ⁊ Roma. in. l. sciendum. in. xxvj. col. allegāt. l. ab ea parte. ff. de pba. et dixit in proposito Ang. in. l. sciendū. ff. de verbo. obli. q si arbiter presentib⁹ ⁊ consentiētibus partib⁹ ferret sententiam asserens se iudicare ex compromisso in eum facto ex tali sententia inducitur presumptio potestatis sue attento qd partes tunc potuissent illam dare licet ille qui narrat se iudicem delegatum vel ordinarium per hoc non presumatur iudex vt plenius per Imol. post alios in. c. cum huic de offi. delega. quia non est in potestate partium expresse nec etiam tacite facere iudicem eum qui non est. l. priuatorum. ff. de iurisdi. om. iud. qd est notabile quāuis Roma. in. d. l. sciendū mordeat Ange. in eo. qd sentit arbitrū posse ferri causa non cognita nam male sentit quia presupposita presentia partiuz tale vitium non nocet fm Bal. in terminis in. d. l. prolatam versus fi. et est de mente Bar. in. l. societatem. §. arbitrorū penulti. col. ver. qro verum ⁊ seq. ff. pro socio vbi tradit quis teneatur pbare laudi iniquitatem et quomodo.

Laudū an p̄sumatur rite latum.

¶ Sed ē aduertendū fm Feli. in. d. c. qm cōtra. in. xx. col. ad duo. Primo qr non videtur q pro arbitratore vnqz presumatur ita probabiliter attentari potest fm But. cōsi. xxix. in antepenul. col. vbi eleganter loquitur qr arbitramentuz magis adaptatur nature cōtractuū qz iudiciorum vnde dicit vtrāsactio vt per glo. in autē. vt differē. iudi. circa princip. ⁊ in contractibus non presumitur pro requisito extrinseco. l. quecunqz. §. fi. ff. de publicia. ergo nec isto casu presumeretur p laudo idest quod fuerit iuste latum precedentibus probationibus pro eo qui obtinuit et illud esset sustentabile nisi arbitrator esset persona valde puida et honesta p tex. in. c. nisi essent de preben. qui tex. sic ponit vel potest intelligi sed quia Car. et Imol. illum tex. intelligunt simpliciter in omni arbitratore non esse similem in iure ⁊ quia pro quolibet presumitur q sit honesta persona. c. fi. de presumptio. Feli. in. c. quoniaz cōtra de proba. in. col. xx. dicit se credere q dictuz Ant. de but. non sit tutum ⁊ ita expresse firmat Saly. in. l. si societatem. §. arbitrorum. in. xxij. questione. ff. pro socio. ⁊ Ange. in consi. cxcvij. incip. in dei nomine pro decisione questiorum et cum predicta opinione contra Ant. de but. in consi. preallegato transit Alexan. in. d. l. sciendum. vj. col.

¶ Secundo est aduertendum fm Feli. vbi. s. vz in. d. c. quoniam contra. xx. col. quia ista conclusio fallit vbi penderet reclamatio vel reductio ad arbitrium boni viri quia tunc tollitur presumptio laudi. fm But. ⁊ Panor. in. d. c. quoniā contra p ea que dicta sunt de sententia iudicis ⁊ idem vult Panor. in. d. c. in presentia. in penul. col. de renun. et Dy. consi. xix. vbi adducit qd dictum fuit de sententia excōmunicationis que licet non suspendatur per appellationem tamen appellatio tollit eius presumptionem vt nunc dicetur idē etiaz volunt Ant. de but. ⁊ Imol. in. d. c. quintauallis. ⁊ Alexā. in dicta. l. sciendum in. vij. col. et in consi. cxxiiij. incip. in causa penul. col. in fi. ver. nec presumitur scdo volu. ideo dicit Anto. de but. in. d. consi. xxix. q petitio reductionis tollit p̄sumptionem laudi sicut alibi videmus in sententijs censure q appellatio

pellatione nō suspendunt.c.pastoralis in fi.de appel.⁊.c.ad reprimendam de offi.ordi.⁊ tamen appellatio tollit vires ꝓsumptiōis vt ꝑ Inno.in.c.bone.el.j.in verbo presumitur de elec.⁊ in.d.c.qm̄ contra.⁊ in.c.sacro de senten.excom.

An presumat pro laudo pēdente reclamatione.

Et hoc dictum vt nō presumat ꝓ laudo pēdēte reclamatiōe seu reductione ad arbitrium boni viri itellexerit aliqui ꝓcedere nisi data esset potestas arbitratori ꝓcedēdi ⁊ determinādi in scriptis ⁊ sine scriptis q2 tūc nō obstāte reclamatione vel qđ pēdeat reductio ad arbitriū boni viri videt ꝓsumi debere ꝓ laudo seu arbitramēto eo ꝙ tūc stari dꝫ simplici declaratiōi arbitratoris ꝓnunciātis ⁊ declarātis sibi cōstare reum debere: vel nō debere cū partes videant in hoc ꝯsensisse ꝙ stetur dicto arbitratoris dādo ei ꝓdictā potestatem ⁊ ita tenuit Bar.in autē.nisi breuiores.C.de sen.ex peri.reci.quē sequit Ang.in.d.l.sciēdū in rep.in.iiij.col.⁊ Ant.de but.in.d.c.in pñtia⁊.d.c.qm̄ cōtra l.v.col.⁊ in.c.cū ad sedē penul.col.d restit.spo.cui⁹ ꝯriū ⁊ melius meo iudicio tenuit Ant.de but.in d.c.qn̄tauallis.vj.arti.de iure in.⁊ etiā Jo.de imol.ibi in.xj.char.pna.⁊ Ant.de but.in cōsi.preallег.q2 ex cōcessiōe ꝓcedēdi sine scriptis necessario nō infert ꝙ ptes ꝯsenserint stari simplici v̄bo arbitratoris cū potuerint sentire ꝙ ꝑ testes possent iniqtatē laudi ꝓbare ⁊ q2 idifferēter arbitrator nō tenet ꝓcedere in scriptis cū non teneat seruare ordinē iudiciarium sed acta ⁊ ꝓbatiōes facte corā eo possint ꝓbari ꝑ testes vt per Bar.in.d.l.societatē.§.arbitror v̄.q̄ro vtrū arbitramētū redigi ⁊c.ff.ꝓ soci.⁊ si deberet stari dicto arbitratoris potestas petēdi reductionē ad arbitrium boni viri vel nō petēdi pēderet a potestate arbitratoris qđ esset absurdū.ca.cū appellationib⁹ de appel.in.vj.⁊.c.suspitiōis de offi.dele.ad qđ facit qđ vult Bar.in.d.§.arbitror col.fi.dū tenet qđ nō sit credēdum arbitratori nisi sint duo ⁊ desint alie ꝓbationes ⁊ ita videtur trāsire Alexan.in dicta.l.sciēdum.vbi etiā refert Ant.de but.tenuisse in dicto capi.in ꝓsentia ꝙ si data sit potestas arbitratori procedendi de iure ⁊ de facto.presumatur pro laudo pendēte reductione cuius dicti veritas depēdet a proxime dictis.

Sed ꝙ generaliter ⁊ indistincte ꝓsumat pro laudo tenuit Jmol.in.d.c.in pñtia eo q2 dicēs laudū esse iniquum hꝫ on⁹ ꝓbādi ideo ꝓsumptio est in ꝯrariū.l.ei qui cū similibus ff.de ꝓba.⁊ ꝙ ꝓbatio incōbat petēti reductionē ita qđ ꝓ laudo interea presumat voluit Bald.in addi.Specu.in titu.de appel.in.xv.col.dicēs ita fuisse iudicatū eo q2 ſm eū in his q̄ nō requirūt figurā iudicij.vt sunt decreta ⁊ arbitramēta arbitrorum oīa presumunt solemniter acta.Et hāc opinionē ꝙ indifferenter presumat pro laudo etiā vbi pēderet reclamatio expresse tenuit Dy.in.d.consi.xix.⁊ Jo.an.in additiōe ꝓalleg.⁊ idem Bal.in.l.nec quicꝗ̄.§.vbi decretū.vj.seu.vij.col.ff.de offi.procō.⁊ leg.allegādo Dy.in cōsi.ꝓallega.⁊ idē Bal.in.l.si de meis.§.fi.ff.de arbi.quā opinionē etiā sequit Feli.in d.c.qm̄ cōtra in.xx.col.nō ex illo fondamento ꝙ ideo ꝓsumat pro laudo q2 dicenti ipsum iniquū incōbat onus probādi qm̄ ista vident simul stare ꝙ pro arbitramēto non presumat ⁊ nihilominus onus ꝓbādi ipsum esse iniquū incombat hoc dicēti vt late decidit Jmo.in.d.c.quintauallis.xiij.char.v̄.quis aūt habeat probare sed quia putat ipse Feli.probabiliorem esse hanc opinionē contra doct.in.d.c.qm̄ contra ꝙ indistincte presumat pro arbitramēto ⁊ ꝙ onus probādi incombat illud impugnāti per ea que in terminis elegāter scribit Cal.in titu.de arbi.consi.v.incip.cui incumbit qđ late Cardi.firmat consi.cxliij.incip.factuꝫ tale est magister Bartholomeus ⁊ in meis est cxxix.in scđo dubio vbi inter alia negāt istā equiparationē appellationis iudicialis ⁊ petitiōis reductiōis cū non sint similia q2 acta facta corā arbitratore non probantur per scripturā ideo laudū non iustificans excusatur q2 non potest habere locum tex.dicti.c.qm̄ contra.⁊ quia arbitramentuꝫ fertur a bono viro ⁊ non appellat infra decem dies nec ab illo ad cuius arbitriū reducitur appellatur nec reperitur iure cautum ꝙ petitio reductionis suspendat vires arbitramēti put reperit in appellatiōe ⁊ ideo stat ꝓsumptio ꝓ eo.⁊ q2 ēt si ꝓbatio incōberet victori sufficeret ostēdere laudū ꝓ quo ꝓsumit q2 nō apparēt acta vt ibi latissime ꝑ eos ponētes plures differētias inter appellationē ⁊ reclamationē a laudo ⁊ multa dicunt de presumptiōe pro laudo.

Minor vel mulier iurātes an presumant certiorati de iuris beneficijs.

Juxta ꝓdictā materiā tāgūt glo.Dy.Bart.⁊ doct.in.d.l.sciēdū.ff.de v̄.obli.an si reperiat minorē se obligasse ꝓsumat iurasse⁊ an si reperiat mulier fideiussisse ꝓsumat renūciasse beneficio velleiani ⁊ cōcludūt ꝙ nō.eo q2 est solēnitas extrinseca ⁊ nō ꝓsumunt scire ipa bñficia ⁊ iuri qđ qs ignorat vel ignorare ꝓsumit qs renūriare nō videt.l.mater decedēs.ff.d inof.test.iūcta.d.l.q̄cūqꝫ.§.fi.ff.de publi.⁊ ꝑ.vt ibi ꝑ eos.Q2 si minor iurauerit nō venire ꝯ rōne minoris etatis an possit petere nihilominus restitutionē in integrū si reperiat lesus an vero ꝓsumat renūciasse restitutioni in integrū ⁊ qđ in muliere renūciāte velleiano ⁊ lꝫ sint varie opiniones vt per Alex.⁊ modernos in.d.l.sciēdū tñ magis cōmunis opinio est ꝙ ꝓpter iuramētū presumant minor ⁊ mulier fuisse certiorati vt ibi magis communiter ꝑ docto.⁊ plene ꝑ dominum meum Jasonem ⁊ Alexā.in.l.qui rome.§.duo fratres.ff.de verbo.obligatio.⁊ solet tradi in autē.sacramenta puberū.C.si aduer.ven.cum infinitis concor.

Et pñtia qñ est de solēnitate intrinseca presumit ſm Ange.⁊ Jmol.in.l.his verbis.ff.de duo.re.dicētes ꝙ si verbuꝫ promisit est positū in scriptura ꝓsumit etiā pñtia stipulatoris ex quo ꝓmissio ē facta ꝑ stipulationē iuxta gl.l.l.j.C.de vsur.ideo dicit Ange.in.l.optimā.C.de cōtrahē.sti.ꝙ in stipulatione de q̄ notarius rogat nō est necesse dicere in pñtia ⁊ ibi fuit dictū ad cautellā ſm Bar.in.l.titia.§.ideꝫ respondet.ff.de ver.ob.sequitur Pau.de cast.in.l.illud circa fi.cōmē.C.d sacrosan.ec.tāgēdo questionē an donatio presumat facta presenti.⁊ Jmol.cōsi.viij.inci.in casu premisso circa prin.ti.col.vbi tāgit similē questionē ⁊ Feli.in.c.tenor de re indi.v̄.fallit scđo ꝓ quo facit q2 ſm Jo.an.Panor.⁊ doct.in.d.c.tenor pñtia presumit vbicūqꝫ verborū ꝓprietas illā importat ad qđ facit qđ cōsuluit Oldr.consi.ccxvij.inci.sup eo qđ q̄rit vbi dicit ꝙ q2 inuestitura fit a pñte pñti.c.olim de re iud.iuncto.c.ex ore de his q̄ fiunt a prela.sine ꝯsen.ca.⁊.c.j.qđ sit inue.v̄bū inuestiuit importat pñtiā lꝫ pñtia regulariter probari debeat l.q̄cūq̄.§.fi.ff.de publi.⁊ qđ habet in.d.c.tenor ⁊ ad hoc Oldra.allegat Inno.in.c.ij.de cōsue.vbi Card.sequit consiliuꝫ predictū Old.⁊ cū hoc dicto trāsit etiā Bar in rub.C.de cōtrahen.emp.xviij.q.⁊ Feli.in.d.c.tenor.j.fallētia vbi in.iiij.fallētia dicit ꝙ pñtia etiā presumitur qñ presumptione iuris oīa ꝓsumunt rite acta.⁊ dixit Bal.cōsi.cliiij.inci.in ciuitate tertio vol.penul.stāpa ꝙ si dicat talis donauit Caterine propter nuptias presumit pñtia Caterine.⁊ ꝙ iuramētū testis nō presumat prestitū iudice ⁊ parte pñtib⁹ vult Bar.in.l.theopōpus in prin.cōmen.ff.de do.prele.cū cōcor.de quib⁹ ꝑ Feli.in.c.tuis.penul.col.de testi.⁊.j.eo.dicetur.⁊ dicit Bal.in l.ij.C.de legi.hered.ꝙ statuto requirēte in cōtractu minoruꝫ vel mulier presentiam ꝓpinquorum illa nō presumetur si de ea non constet.

Hereditas an ꝓsumat solēniter adita.

Et si appareat hereditatē fuisse additam an presumat in dubio fuisse solēniter addita Bal.in consi.cccciij.in tertio volumi.dicit ꝙ nō eo ꝙ solemnitas extrinseca non presumatur nec aditio supplet defectum solemnitatis ſm Bald.in ꝯsil.cclxvi.in quarto volu.

Solēnitas scripture an presumatur

Item iuxta predicta solet dubitari an solemnitas scripture presumatur et text.in capitulo olim de litis contesta.probat ꝙ non per quem text.ita ibi tenet Panor.dicens ꝙ vbi requiritur scriptura in actu non presumitur actus nisi scriptura appareat facit dictum Innocen.in.c.quod super his in fi.de accu.vult Panormita.in capitu.quoniam contra.ix.col.de probatio.⁊ in capi.bone lo primo.sexta colū.de elect.et Roma.in dicta.l.sciendum in fi.ff.de verbo.obligatio.si tamen sententia transisset in rem iudicatam presumeretur fuisse in scriptis lata vt per Felinum in dicto capi.olim in principio commen.⁊ in.c.tenor.in fine commenti.post Panor.ibi de re iudi.⁊ dixi latius.j.eo.circa sententiam an in ea presumatur solemnitas.

Stipulatio ⁊ interrogatio in ꝓmittēte an presumantur.

Item circa presentem materiam tangit late Alexand.in dicta.l.sciendum in principio commen.quando procedat illud quod dici solet ꝙ si reperitur scriptum titium promisisse aliquid intelligatur per stipulationem et precedente interrogatione iuxta.l.j.C.de contrahen.stipulatio.⁊.§.si scriptum institu.de inuti.stipu.Et dicit ibi Alexan.hoc esse primo limitandum vt habeat locum quando contractus esset de iure communi validus secus si de iure speciali vt si in instrumento reperitur titium promisisse dotem non expressa quātitate.nā speciale ē vt valeat ꝓmissio dotis icerte.l.cū post §.gener.ff.de iure dot.vñ tūc v̄bū ꝓmitto intelligetur de nuda cautione tex.ē valde notabilis i.l.j.cū glo.ex ibi hoc ponderat Bal.C.de dot.promis.quam limitationē licet aliquis

non improbet tamen contra eã instari põt ſm Alexã.in.d.l. sciendũ in.j.col.eo.q2 due specialitates bene possunt cõcur-rere qñ ex diuersis fontibus oriunt.l.singularia.ff.ſi cer.pet. ⁊ declarat Bar.in.l.ſi is qui pro emptore.in vlt.q.ff.de vsuc. vnde fatet idem Alex.ꝙ ſi simpliciter incerta dos fuiſſet pro miſſa pacto nudo nõ valeret q2 ex eodẽ fonte due specialita-tes orirent.ſ.ex fauore dotis.d.l.j.C.de do.pmiſ. Sed qñ in scriptura instrumenti eſt verbũ promitto ꝙ hoc vbũ pmitto inducat stipulationẽ nõ eſt fauore dotis ſ3 reſultat ex preſum ptione ſcripture vt in.d.l.ſciẽdũ.⁊.d.§.ſi ita ſcriptũ:vñ nõ vi-detur hec limitatio vera ſm Alex.nec obſtat.d.l.j.q2 h3 di-uerſos intellect⁹ vn⁹ eſt ꝙ cõſtabat ibi dotẽ incertã pmiſſam eſſe pacto nudo ⁊ illã ſequitur Azo.in ſumma.⁊ Cy.ibi.⁊ illũ intellectũ putat Alex.eſſe tenẽdũ licet Bal.ibi dicat Cy.di-uinare. Aliũ etiã itellectũ ponit ibi Bal.v3 ꝙ ibi fuerit vbũ pollicitatiõis:vitio tñ reſidet in eo intellectu ex quo infertur limitatio ad tex.d.l.ſciendum.

¶ Scdo limitat ſm Bal.in.l.ſicut.ff.de actio.⁊ obli. vt pce-dat qñ in ɔ̃ctu doiato apponit verbũ pmitto ſec⁹ ſi in innola to q2 nõ d3 in ɔ̃ctu innolato preſumi factũ eſſe ɔ̃ctũ ſtipulatio nis illi repugnãtẽ ⁊ oppoſitũ vt p3 in.l.ex placito.C.de re.p-mu.vbi oppoſita eſt na vnius ⁊ alteri⁹ ɔ̃ctus Roma.in.d.l. ſciẽdũ conat iſtud dictũ infringere ⁊ Saly.ẽt i.d.l.ſicut teneat ɔ̃ Bal.iſdẽ rationib⁹ quib⁹ mouet ibi Roma.tñ idẽ Alexã. putat iſtud dictũ Bal.ſuſtineri poſſe qđ etiã ſequit Bald.in l.ſi pecuniã in prin.ff.de cõdi.ob cau.qđ ſic pbat q2 vbi appa-reret qđ iuxta ɔ̃ctũ innominatũ eſt adiecta ſtipulatio indubi-tãter ſtipulatio retinet naturã ɔ̃ct⁹ noiati.d.l.ex placito.⁊.l. cũ precibus eo.ti.⁊.l.ſiue apud acta.C.de trãſac.nã l3 ſtipula tio iterpoſita ſup vno ɔ̃ctu imitet naturã illi⁹ eſt verũ quo ad hoc vt plus nõ debeat ex ſtipulatiõe ꝗ̃ ex ɔ̃ctu primo.l.j.§.ſi quis ſub ɔ̃ditione.ff.vt leg.no.caue.⁊.d.l.ſi ſtipulat⁹ in prin. ff.de vſur.nõ aũt quo ad alios effect⁹ vt p3 l.d.l.ex placito cũ ſimilib⁹.⁊ eſt tex.in.l.milea.§.decem.⁊.§.is q.ff.de re iudi. quẽ ad hoc valde ſingularẽ reputat ibi Imol.⁊ hoc videt te nuiſſe Bar.in.l ij.C.de condi.ob cau.⁊ ſolet notari p Alex. ⁊ modernos in rub.ff.de ver.oblig.Cũ ergo verbum pmitto ſit aptũ cõprehẽdere ſtipulationẽ ⁊ etiã pactũ nudũ.l.ſciẽdũ. §.dictũ.ff.de edil.edic.ſi in inſtrumẽto dicit ꝙ titius promi-ſit ſeio permutare ⁊c.d3 intelligi nuda ɔ̃uentiõe q2 eſt de na-tura ɔ̃ct⁹ innolati qñ ante implemẽtũ nõ parit actionẽ.l.na-turalis in prin.⁊.§.j.ff. de preſcri. ver.⁊.d.l.ex placito.ſed ſi intelligeret ꝙ p ſtipulationẽ ante implemẽtũ oriret actio cõ-tra naturã ɔ̃ctus innoiati.d.l.ex placito ſiĉtu.d.l.ſi pecuniã. Preterea iura alleg.ɔ̃ Bal.loquunt qñ certũ eſt eſſe ſtipu-lationẽ interpoſitã Alex.vero in.d.l.ſciendum loquit in caſo dubio quo caſu non eſt preſumendum partes voluiſſe incon tinenti recedere a contractu.l.nã ad ca.ff.de condi.⁊ demon.

Stipulatio an in fideiuſſione preſumatur.

¶ Inſup circa illud ꝙ ſi reperiatur ſcriptũ titium fideiuſſiſſe intelligatur p ſolẽnẽ ſtipulationẽ vt dicit tex.in.d.l.ſciendũ. ff.de vbo.obliga.⁊ in.§.ſi.inſti.de fideiuſ.reperio ꝙ iſtud am-pliatur vt pcedat etiã in caſib⁹ ſpecialib⁹ in quib⁹ valet fide-iuſſio ſine ſtipulatione q enumerant in.l.v.ꝗ incipit ſtipula-tionũ alie.in.§.ſatis acceptio maxime p Alex.⁊ modernos. ff.de vb.obli.puta in dote iuxta.l.ſi.C.ad velleya.⁊ ita voluit Ang.in rep.d.l.ſciendũ.in.ij.col.motus.q2 in dubio d3 capi preſumptio vt actus ſit firmior ⁊ magis in tuto.l.quotiens in ſtipulationibus.ff.de ver.ob.⁊.l.quotiẽs idẽ ſermo.ff.ð reg. iur.Quis ergo in iſtis caſibus ſpecialib⁹ nõ requirat in fide-iuſſiõe ſtipulatio tñ pſumet ſtipulatio ſi ſcriptura dicat fide-iuſſiſſe q2 ſtipulatio reddit ɔ̃ctũ firmiorem vt dicit tex.inſti.ð ver.ob.in prin.idẽ tenet ſimpliciter Roma.in.d.l. ſciendu3.

¶ Et ſm do.meũ.io.d.l.ſciẽdũ in.j.col.iſta limitatio tenen-da eſt cordi q2 qlibet ſm eũ teneret ɔ̃riũ q2 tũc rõ tex.d.l.ſciẽ-dũ ceſſat.nã rõ ꝗre ſi reperiat in ſcriptura talẽ fideiuſſiſſe itel-ligat p ſtipulationẽ eſt q2 iſtud ẽ de neceſſitate ergo ſi ſumus in caſo in quo valeat ſine ſtipulatiõe videt ꝙ nõ ſit pſumenda ſtipulatio ⁊ tñ Ang.vult ꝙ ſit pſumẽda q2 res erit magis in tuto.quã ampliationẽ dñs me⁹ Iaſ.vbi.ſ.cõfirmat optia ra-tiõe nã pculdubio ſolẽnitas intrinſeca nõ ſolũ eſt quã natura verboꝝ de neceſſitate cõprehẽdit vt in fideiuſſiõe ſ3 ẽt illa ꝗ̃ nã verboꝝ eſt apta cõprehẽdere licet de neceſſitate nõ cõpre hẽdat iſtud p3 in vbo pmittere qđ nõ importat de neceſſita-te ſtipulationẽ.vt.l.ſciendũ.§.dictũ.ff.de edil.edic. Et tñ ſi repiat in ſcriptura itelligit p ſtipulationẽ tex.ẽ in.§.ſi ſcriptũ inſti.de inuti.ſti.⁊ iſtud eſt q2 licet nõ includat tñ eſt aptũ in-cludere prout declarat Bar.in.d.l.ſciẽdũ in.iij.oppo.cũ quo alij tenẽt merito qñ reperit aliquẽ in ſcriptura fideiuſſiſſe et ſum⁹ in caſib⁹ ſpecialib⁹ in quib⁹ põt valere ſine ſtipulatiõe q2 eſt aptum importare ppter aptitudinẽ ſi reperiat in ſcriptu-ra dicitur ſolẽnitas intrinſeca ⁊ ſtipulatio preſumetur.

¶ Et qđ dictũ eſt de fideiuſſiõe ꝙ preſumit mediãte ſtipula tione facta iuxta.d.l.ſciẽdũ cũ ɔ̃co1.⁊ de pmiſſiõe vt intelli-gat p ſtipulationẽ limitat vt pcedat qñ ſtipulatio fuit facta ð pñti tpe ɔ̃fecti inſtrumẽti vere vel pſumptiue tũc pcedit.d.l. ſciẽdũ ſec⁹ ſi notari⁹ dicat in inſtrumẽto ex aſſertiõe partiũ fi-deiuſſionẽ factã de pterito ⁊ ſic nõ in ſui pñtia tunc licet nota-rius aſſertiõe partiũ ſcripſerit fideiuſſionẽ factã illud vbũ fide iuſſionẽ nõ iportabit ꝙ ſit facta p ſtipulationẽ ita ſingulariter limitat Bal.nouellus in trac.de dote in.vj.pte.in.xj.ſpecia li in.iij.col.vbi reputat iſtud eſſe valde notãdũ p limitatione pdictoꝝ licet dicat multũ obſtare tex.in.l.ea ꝗ.ff.de do.inter vi.⁊ vxo.vbi l3 ſtipulatio nõ poſſit fieri iter abſentes tñ põt fie ri p epiſtolã ⁊ nõ rñdet ad illũ tex.nec limitationẽ ſuã pbat le ge nec rõne:ſ3 p iſta limitatiõe põt allegari tex.in.l.j.C.de ɔ̃ hẽ.⁊ cõmit.ſtip.in vbo ſi res inter pñtes geſta eſt q tex.videt aũt eũ ponere iſtã limitationẽ l3 gl.ibi quã Bar.multũ not.di cat ꝙ in dubio pſumit inter ptes pñtes vñ ſm do.meũ.in.d.l. ſciẽdũ.ff.de vb.ob.in.ij.col.ver.tu aduerte p intelligẽtia hu ius limitatiõis ẽ aduertẽdũ imprimis ꝙ iſta limitatio nõ vide tur ɔ̃gruere ad tex.d.l.ſciẽdũ nec ad predictã q2.d.l.ſciẽdum nõ videt poſſe loq qñ notari⁹ ex aſſertiõe partiũ ſcripſit qđ ſm eũ patet q2.d.l.ſciẽdũ dicit ſi qs ſcripſerit ſe fideiuſſiſſe ⁊ ſic in d.l.ille qui erat notari⁹ erat ẽt ille q fideiubebat vñ ad predi-ctã.l.nõ põt adaptari illa limitatio pusinorũ ⁊ cui nõ ɔ̃uenit vba nõ ɔ̃uenit diſpoſitio.l.iiij.§.totiẽs.⁊ ibi Bar.ff.de dam. infec.vñ ſi in terminis.d.l.ſciẽdũ notari⁹ ſcriberet de preteri to ſe fideiuſſiſſe crederet ꝙ pdicta.l.ſciẽdũ pcederet ⁊ ꝙ pſu-meret mediãte ſtipulatiõe ⁊ iſta ſunt ſm do.meũ notãda p ſe cũda ãpliatione ad pdicta qđ ſm eũ pbat q2 iſtud verbu3 fide iuſſiſſe ẽt de pterito redactũ in ſcriptura eſt aptũ iportare ſti pulationẽ de pterito ꝗ cũ ſit aptũ importare cẽſebit ſolẽnitas intrinſeca ꝗ pſumet vt ẽ doctri.Bar.⁊ doc.in.d.l.ſciẽdũ.i.iij. oppo.ideo ſicut epl'a iportat ſtipulationẽ de pterito vt ẽ text. in.l.ea ꝗ.ff.de dona.inter vi.⁊ vxo.pariter põt fideiuſſio de p terito ſcripta p notariũ ⁊ p hoc nõ obſtat tex l.d.l.j.C.de cõ-trahẽ.ẽpt.q2 nõ pcedit qñ ſcriptura faceret expreſſa3 relatio nẽ de pterito vt pbat in.d.l.ea ꝗ ⁊ ita expreſſe t3 Ange in re pe.d.l.ſciẽdũ nã dicit ꝙ ille tex.in vbo ſi qs ita ſcripſerit fide-iuſſiſſe põt intelligi ꝙ qs ſcripſit in epl'a quã trãſmiſit in abſen tẽ ei pſentata fuit cũ ad ei⁹ cõmodũ ptineret tũc eñ ſm An ge.nõ ẽ dubiũ ꝙ licet nõ ɔ̃hat fideiuſſio p epl'a3 ſicut nec ſti-pulatio tñ retro ɔ̃cta pbat p.d.l.ſciẽdũ.⁊.l.j.C.de vſur.⁊.l. luci⁹.ff.de fideiuſ.⁊ ꝙ epl'a pbet ɔ̃ ſcribẽtẽ late habet p bar. ⁊ doct.maxime modernos in.l.admonendi.ff.de iureiu.

¶ Scdo limitant pdicta vt pcedãt qñ in ſcriptura ɔ̃tinet ali quẽ fideiuſſiſſe tũc bñ preſumit pcedẽte ſtipulatiõe ꝗ ẽ neceſ-ſaria ad fideiuſſionem ſec⁹ ſi in ſcriptura ſolũ cõtineat ꝙ ta-lis fuit nolatus in fideiuſſorẽ nã ſola denominatio in fideiuſſo rem nõ pbaret pceſſiſſe ſtipulationẽ vt pbat tex.in.l.cũ oſten dimus.§.ſi.ff.de fide.tuto.arguẽdo a ſpeciali ſm intellectu3 Bar.in.l.j.in prin.ff.de ver.ob. Rõ iſti⁹ limitatiõis eſt q2 p hoc ſolũ ꝙ qs fuerit nolatus in fideiuſſorẽ iſtud ſolũ nõ cõpre hẽdit ſtipulationẽ nedũ neceſſitate nec ẽt aptitudine ad hoc conſtituta ⁊ tũc cõſequẽter nõ dicitur ſolẽnitas intrinſeca ſm do.meũ Iaſo.in.d.l.ſciendũ.in.iij.col.in prin.

Quã formã pſumat quis voluiſſe adhibere.

¶ Quã autem ſeu ꝗlem formam pſumat voluiſſe adhibere diſponẽs qñ act⁹ põt fieri multis modis ſeu ſub multiplici for ma aut de iure cõi ⁊ de iure ſpeciali dixi in multis locis et te neri ꝙ cẽſeat voluiſſe facere ſm illã formã ſm quã melius vale re põt vt in arti.de potẽtia ⁊ effectib⁹ forme in.ij.char.in.vj. effectu forme adhibite l.j.ei⁹ col.⁊ in vlti.effectu forme omiſ ſe in.vij.ãpliatiõe.⁊ in arti.de implemẽto forme.ix.col. ver. ꝗro etiã in hac materia vbi pleni⁹ tãgo ꝗ̃ alibi.quomodo au tem ſit dare ꝙ plures forme ſeu ſolẽnitates introducãtur cir ca aliquid faciendum dixi.ſ.in articu.quando cenſeatur ali-quid traditum pro forma in.xiiij.cõcluſione in fine.

Quib⁹ modis pbet forma vel ſolẽnitas.

¶ Poſt pſumptiones ſolẽnitatum reſtat videre quib⁹ mo-dis probetur forma vel ſolẽnitas interueniſſe ⁊ ꝗ pbatio ad-mittat vbi nõ pſumit nec fingit iterueniſſe aut vbi nõ ſupplet de qb⁹ in ſuperiorib⁹ dictũ ẽ preterꝗ̃ qñ ſupplet de quo vbi ſuppleatur dicetur.j.eodẽ prope finem.

¶Et invenio ꝙ probatur quandoq; per testes vt habet͂ de testamento et codicillis.in.l.cuz proponeretur.ff.de leg.ij. ꝛ in.l.heredes palam.§.si quid post de testa.ꝛ in.l.ij.p glo. Bar.Bald.ꝛ omnes.C.de bo.pos.ſm tabu.ꝛ in.l.errore.C. de testa.dum ibi tangunt qualiter probetur error notarij in testamentis cum concor.de quibus per Barb.consilio.xxix. incipiente illud quarta col.primo volumi.ꝛ Saly.in.l.cōparationes.j.col.C.de fide instru.ꝛ Jmol.in.c.cum esses de testa.ꝛ Alexan.consilio.xlvij.in scdo volu.ideo ſm Bal.in.l.fi. in.iij.col.ver.quero pone.C.de fideicom.vox testiū supplet defectum solēnitatum instrumēti ꝗ nō apparēt p instrumētū.

De eius p/bati/one per testes.

¶Que probatio per testes admittitur etiaz si simus in actu exigente scripturā pro solēnitate quando scriptura facta de tali actu non reperitur seu est amissa ꝛ de hoc constat vt per docto.in.c.sicut.vbi Panor.l tertio notabili de re iudi.dicitur enim in illo text.ꝙ sententia potest probari per testes et certum est ꝙ ad validitatem sententie exigitur scriptura.c.fina.de re iudi.in.vi.ꝛ.l.statutis.C.de senten.ex pericu.reci. ꝛ facit tex.in.l.testium.C.de testi.vbi probatur ꝙ etiaz si scriptura sit de substantia probationis nihilominus potest act⁹ probari per duos testes dummodo probetur casus perēptionis ad idem etiam facit.c.cum olim cū ibi notatis de priuile.

¶Facit etiam quod dicimus de testamento in scripturā redacto quod est amissum vt possit probari per testes ſm glo. Bar.et communiter docto.in.l.ij.C.de bono.pos.ſm tabu. vbi late dominus Alexā.et latius dominus meus Jason.in quarta col.ver.secūdus casus de quo etiam per Bart.in auten.si quis in aliquo.C.de edendo.vbi dominus meus Jas. in prima col.ponit tria requisita.

¶Et qꝛ hec materia actus exigentis scripturaz que sit amissa late examinatur in dicto.c.sicut vbi latissime per Feli.in prima chartis latius me non extendo.

¶Et facit ad predicta quia vbi actus exigit scripturā vt sententia vel testamentum in scriptis error etiam in substantialibus potest probari per testes vt per docto.in dicta.l.errore.C.de testa.cum concor.de quibus per Alexand.consilio. ccxv.secundo volu.et Barba.d.consi.xxix.incipien.illud quarta col.primo volumi.quod intelligit Bald.in dicta.l.errore vbi etiam Saly.si tantum sit scriptum quod possit demōstrare omissum secus si non sit tantum scriptum vt quia solum sit scriptum titius nam verbum heres esto non poterit probari per testes de quo ibi per docto.ꝛ late dixi.s.in articulo ex quibus consistat forma ver.xliiij.

¶Sed pulchrum est dubium an vbi exigitur maior numerus duorum vel trium testium pro solemnitate actus prout in testamento septem ꝛ in codicillis quinq; totidem sint necessarij in probanda solēnitate actus vel in probando ipso tali actu quot requiruntur in ipso actu conficiendo breuiter verior ꝛ communior opinio est ꝙ exigantur tot in probando voluntatem quot requiruntur in actu conficiendo ſm Salyce. Ful.Paul.de cast.Alexan.ꝛ communiter doct.in.d.l.errore vbi dominus meus Jason in col.fi.et docto.in.d.l.cuz proponeretur.ff.de lega.ij.ꝛ in.l.fi.C.de fideicō.ꝛ Jmo.in.c.cuz esses de testa.ꝛ Alexan.consilio.xlvij.secundo volumine nisi venientes ab intestato confiteantur testamentum factum vt late habetur in dicta.l.ij.maxime per dominum meuz Jaso.

An tot testes exigantur i pbādo solēnitatem act⁹ vł actū quot i faciēdo actum.

¶Et idem dicunt in probanda substantialitate testamenti prout est heredis institutio quia non potest probari quin voluntas testatoris dicatur probata ſm docto.in dicta.l.errore vbi dominus meus Jason in col.fina.ꝛ in dicta.l.secunda vbi dominus meus Jason in quinta col.post Bal.in.d.l.cuz proponeretur.ꝛ in.d.l.errore cum concor.per Alexā.ꝛ dñm meū in dictis legib⁹ allegatis.ꝛ per Barba.in.d.cōsi.xxix.incipi.illud.iiij.col.primo volu.Sz si agatur solū de probāda solēnitate doct.videntur tenere ꝙ possit probari per duos testes:ꝛ ideo si sit questio an testes testamētarij sint rogati prout requiritur pro forma testamenti sufficiet istud probare p duos testes ex rogatis vel alios ſm Bal.Pau.de cast.ꝛ Alex. in.d.l.ij.vbi etiā dñs meus Jas.in.v.col.cum concor.ibi allega.per Alex.ꝛ dominū meū ꝛ ita trāsit Barb.in.d.cōsi.xxix. quarta col.et dixit ibi Bal.cū quo trāsit dñs me⁹ Jas.ꝙ si testator sibi reliquit.x.poterit pbari per duos testes ꝙ reliquit tm.institutionis qđ intelligo qñ alij essent instituti de quorum institutione cōstaret per septē testes qꝛ aliter nō diceret͂ constare de substātia testamēti que est probāda per.vij.testes vt ibi.ꝛ l.d.l.errore dicit͂ ꝛ dictū fuit.s.Ceterū si duo tantuz testes deponant factum fuisse testamentum per titium nō probant factum nec solēnitatem testamenti nec impediunt quominus venientes ab intestato titio succedant ſm Bal.Ful. Pau.de cast.Ro.Alex.ꝛ modernos ac docto.communiter in.d.l.ij.C.de bo.pos.ſm tabu.reprobata glo.ibi quam sequitur Bar.ꝛ nititur defensare Saly.ꝛ ita etiam transit Cu.i.l. heredes palam in prin.penul col.ff.de testa.licet probēt nudum factum vt dicetur.j.e.ṽ.ceterū nisi ſm dñm meum Jas. in.d.l.ij.in col.fi.isti duo testes deponerent factū fuisse testamentum in presentia eorū ꝛ aliorū quinq; testium qui sint absentes et quandoq; possint haberi nam interim impedientur succedere venientes ab intestato ſm eum sed quādo essent solum duo testes tunc procedat communis opinio supra relata qđ non sit probatum testamentū nec possit ex testamento succedi.l.si vnus.ꝛ.l.hac cōsultissima in prin.C.de test.ꝛ sic erit locus successioni ab intestato.Sz si ipsi omnes septem testes examinentur ꝛ nullus eorum deponat de alioꝝ presentia vel quilibet eorum deponat de se ꝛ dicat se nō recordari de alijs vt qꝛ dicat factum fuisse testamentū ꝛ se nō recordari qui vel quot fuerint presentes erit probatum testamentuz si quilibet narret substātiā testamēti.ꝛ in ea oēs cōcordent quia cū subsit identitas forme nec testes differant in forma non dicūtur differre numero.ꝛ ita ꝙ non possint dici singłares si in effectu sunt contestes ſm Bal.et communiter docto.in.d.l.ij.C.de bo.pos.ſm tab.cum concor.allega.ibi per Alex.ꝛ dominuz meum Jaso.in antepenul.col.

¶Est tamen aduertendū qꝛ si veniētes ab intestato confiteātur testamentum fuisse factum et dicant ꝙ non fuit factū cū debita solēnitate licet dixerim cōmunem opinionem esse ꝙ sufficiant duo testes ad probādum solēnitatem potest hoc casu dici contrarium fore verius.Nam cum testes deponant factum fuisse testamentum et solēne deponūt de alio testamento ꝗ de solemni ꝛ sic confessio nihil prodest et sumus in casu in quo testes dicuntur probare non tantum solēnitatem sed etiam ipsum factum seu ipsum testamentum quo casu duo nō sufficiunt sed requiruntur septem vt predictuz fuit nisi testes se adeo coarctarent in loco ꝛ tempore ꝙ appareret testatorē fecisse vnum tantum testamentum ꝛ illud de quo fuit pars cōfessa ſm Bar.ꝛ cōmuniter docto.in.d.l.ij.ex quo dicto colligitur limitatio ad illud ꝙ pluralitas testamentorum ꝛ actuū non presumatur vt ibi late per dñm meum Jas.qđ limitatur ſm eum ibi in tertia col.ꝛ fi.vt nō procedat quando contrarietas inter assertionem partis ꝛ dictum testium argueret pluralitatē vt ibi per dominum meum Jaso.

¶Et ſm Barth.vero.in cautella.clxvij.si testator facit sibi promitti p heredem mediante stipulatione ꝙ soluet legata poterit relictum probari per duos testes sequitur Alex.post Jmol.in.l.nemo potest.ff.de lega.j.ꝛ dominus meus Jas.in in.d.l.ij.quarta col.C.de bo.pos.ſm tabu.licet cōtra hoc dominus meus Jas.in.l.fin.in tertia col.C.de fideicō.opponat de vno fondamento de quo ꝛ de intellectu.d.l.fi.dixi in articulo de potentia ꝛ effectibus forme in vlt.effectu forme omisse examinando regulam ꝙ forma non seruata actus sit null⁹ in.xiiij.fallentia cum duabus seq.

¶Item est in presenti materia aduertēdū ꝙ si actus exigat scripturam vt insinuatio nō potest pbari per testes vt p Bal. in.l.si is apud quem.C.de edendo.nisi testes deponerēt actū fuisse in scriptis celebratum ſm Bald.in.l.gesta.C.de exec. rei iudi.Qualis autem probatio requiratur contra actum requirentem scripturam not.Bal.in.l.testium.C.de testi.ꝛ dicetur aliquid.j.circa finem huius articu.

¶Et cum forma ꝛ substātia sit inuisibilis quomodo testes super ea deponāt dixi.s.in articulo de generali cognitione forme.iij.col.in fi.cum sequenti.

¶Ceterum circa testes in hac materia est aduertendum ꝙ si vnus testis deponat de vna forma et alter de alia dicuntur singulares ꝛ varij ſm Bald.in.l.solam.col.fi.ꝛ in.l.testium. quarta colū.C.de testi.quod est intelligendum nisi diuersitas sit in formalitate verborum quia illa non attenditur stāte conformitate in effectu vt est text.Et ibi notant docto. in capitu.nihil de verbo.significa.vnde sufficit ꝙ testes ita deponant quod non videatur actus super quo deponunt differre forma.Et tunc dicuntur contestes licet vnus non deponat de presentia alterius:quia que non differunt forma non dicuntur differre numero secundum Bal.in dicta.l. secunda.versiculo hic quero.in fine questionis.ꝛ per totam.

Circa testes de forma deponentes.

Tractatus de forma ⁊ solēnitate.

C. de bo. pos. sm tab. vbi ex hoc dicit illud qd̄. s. in precedentibus retuli ꝙ si septē testes testamentarij deponant de substantia testamenti. et qlibet dicat se non recordari qui ⁊ quot essent cōtestes ꝙ sustinebitur depositio quin verum est probatam esse substantiam testamenti per septem contestes. Et ibi dominus meus Jason late examinat ꝙ sufficiat testes concordare in substantia licet de alijs non recordentur vel sint in alijs varij de quo etiam per Bar. in. l. cos. ff. de fal. ⁊ Bald. ac doc. in. l. cum antiquitas. C. de testa. ⁊ Feli. in. c. licet ex q̄dam in. iij. ⁊. v. col. de testi. id Bald. in. c. bone. el. ij. v. col. de elec. dicit ꝙ si ex testibus super mutuo deponentibus vnus dicat mutuatos fuisse duos solidos alius. xxiiij. denarios isti testes probant ⁊ concordant in effectu.

¶ Que omnia sunt intelligenda nisi vbi ageretur de probanda formalitate verborum prout dicta fuerunt sm Bal. in. d. c. bone loco preallegato. ⁊ Anto. de but. Panor. ac doct. in dicto. c. nihil vbi ponunt exemplum de eo qui pretendens se heredez Titij articulauit ꝙ testator vsus fuit istis verbis formalibus videlz te titium heredem instituo ⁊ produxit duos testes quorum vnus deposuit testatorem dixisse te heredem facio ⁊ alius te heredem instituo. Quo casu sm doct. in. d. c. nihil fuit iudicatum ꝙ tales testes nihil probarent ⁊ ꝙ essent varij cum ageretur de probanda verbox formalitate de quo dixi in artic. prece. ⁊ in articu. ex quib⁹ cōsistat forma i v̄. xliij.

¶ Et hec non est obmittendum notabile dictū Ange. consi. cclxxiiij. incip. ex themate prope finem vbi dixit esse possibile ꝙ si testis deponens de substantia dicat se ignorare formam ei credatur vt quia deponat scripturam esse factam de testamento ac per notarium scriptam et publicatam ⁊ interrogatus de forma dicat se nescire nam probat testamentum fuisse factum et scriptum sicut si scholaris deponat ꝙ talis lector legit lectionez tali die ⁊ interrogatus de forma seruata in legendo seu de forma lectionis dicat se ignorare naz probat ꝙ fuerit lectum est bene verū ꝙ ipsa lectio vel eius tenor ex hoc non censetur probata nec censentur in casu Ange. probatum testamentum vel act⁹ testandi nisi substantialia testamēti fuerint per testem expressa vt dictum fuit in precedentibus colūnis post notata in. d. l. ij. C. d̄ bo. pos. sz tab. vbi dn̄s me⁹ Jas. in penul. ⁊ antepenulti. col. ⁊ in. l. errore. ⁊ in. l. cum antiquitas. C. de testa. nec enim licet testi ignorare id per quod deprehendatur cognitionem rei super qua deponit ignorare licet diffinitionem scire non teneatur vt per Bar. in. l. j. in princi. iij. col. vbi late alij. ff. si cer. pet. Habemus ergo circa intellectum premissorum inspicere an agatur de probando facto absqz substantia facti puta ꝙ facta fuerit vna scriptura vel ꝙ talis predicauerit an vero de probanda substantia facti puta quid fuerit scriptum vel predicatū an de serie et ordine prout materia subiecta se offert aut qualiter fuerit predicatuz ⁊ scriptum. Reliqua dicta sunt dū tractaui de presumptione forme vbi dixi an in dicto testis forma presumitur an vero testis teneatur deponere de forma ⁊ solemnitate.

¶ Insuper habemus aduertere ꝙ si agatur de probando facto per testes non est necesse probare diē qua factum fuit qr licet sit de forma seu solēnitate instrumenti vt habetur in. c. cum p. de fide instru. ⁊ in. l. si quis ex argentarijs. §. si initium ff. de eden. non tamen est de substantia facti nisi quando exigitur tempus limitatum sm Ange. in. d. consi. cclxxiiij. ppe finem seu col. fi. per. l. matrē tuā. C. de proba. ⁊. l. cum actū. ff. de nego. gest. faciunt que habentur in. l. non solum. §. sed vt probari. ff. de ope. no. nun. sunt enim diuersa ipsum factum ⁊ scriptura que fit de facto vt per Bar. in. l. si quis in legatum cū concor. ff. de falsis. ⁊ ita transit Bal. in. l. fi. versi. quero pone ꝙ scriptura. C. de fideicō. ⁊ Barba. d. consi. xxix. incipien. illud. v. col. primo volumine.

Solēnitas pbat̄ p confessionem.

¶ Confessione partis etiā probatur forma et solēnitas. c. fin. vbi Panor. in vltimo notabili de proba. cum cō cor. de qbus per Feli. in. c. j. in prin. cōmen. de litis contest. ⁊ sic si partes confitentur litem esse contestatā statur tali confessioni et idē in alijs actibus substantialibus iudicij esto ꝙ non depēdeāt a partiū facultate nec partes possint renunciare sm doct. pal legatos et Egi. deci. 684. incip. q̄q̄ de appel. vbi dicit ꝙ si appellatus confiteatur appellationem interpositam in tempore et solēnem ac in debita forma sibi preiudicat sequit̄ Feli. in. c. sicut. xvij. col. de re iudi. ⁊. j. latius dicetur tractando an solēnitas probetur per verba enunciatiua vel narratiua. Et aliquando esto ꝙ solēnitas nō presumatur in facto cōfessato nihilominus confessio probat factum ac si de solēnitatibus legitime constaret vt in herede confitente testamentum in casu legis finalis. C. de fideicom. ⁊ licet aliqui sentiant confessionez testamenti preiudicare heredi tā̄ solēnitas numeri testium in testamentis non sit de forma ita ꝙ sufficiat cōstare de testamento per septem testes vel per confessionem et alium indubitatum modum sicut per publicū instrumentum prout declarat dn̄s meus Jas. in. l. ij. in. iiij. col. C. de bo. pos. sm ta. et dixi. s. eo. v̄. ceterū. ⁊ ver. est tn̄ aduertendū tamē verior opinio videtur ꝙ sit casus specialis in. d. l. fi. C. de fideicō. in odium heredis confitentis qui ante negauerat relictuz vel propter prestitam fidem heredis erga testatorem de prestando relicta in minus solēni testamento vt habetur in. d. l. fi. que habet multos intellectus et dixi. s. in articulo de potētia ⁊ effectibus forme in vltimo effectu forme omisse examinando materiaz ꝙ forma non seruata actus sit null⁹ in. xxiij. limitatione cum duabus sequentibus nam vt dixi in articulo quottuplex est forma in. viij. col. solēnitas probatoria in testamentis est substantialis. Sed quid erit si appareat instrumētum in quo petrus confitetur se fuisse testatum coram septez testibus vel si viua voce hoc asserat vez se fuisse solēniter testatum an talis confessio probet solēnitatem Jmol. in. l. heredes palā in prin. ff. d̄ testa. dicit ꝙ nō ⁊ sequit̄ ibi Frā. de are. in. iiij. ⁊. v. col. eo qr si vellet quis testari cum minore numero. vij. testium seu minus solēniter nō posset ideo ei⁹ assertioni non est credenduz cum posset fieri fraus quod probatur ex tex. in. l. ⁊ si forte in fi. vbi ita tenet Bar. ff. de castrē. pecu. et facit sm Are. tex. a speciali ⁊ contrario sensu in. d. l. fi. C. de fideicom. ⁊ tex. in. l. cum quis decedens. §. titia. ff. de leg. iij. ⁊ in. l. qui testamentū. ff. de pba. per que mita ita innuit Joā. an. in addi. Spec. in rubrica de re. eccle. non alie. dicēs ꝙ prelatus non potest asserere in cōtractu concessionis per se factē de interuenisse omnes solēnitates legitimas cū sine illis contrahere non possit de quo. j. dicetur circa verba enunciatiua. Et sic non obstat. l. cum proponeretur. ff. de leg. ij. vbi est casus ꝙ verba enunciatiua testatoris probant per coniecturaz et presumptiue dispositionem olim fuisse factam qr ibi nō fit attestatio solēnitatū sed dispositiōis q̄ est in potestate testatoris sm Are. vbi. s. in antepenul. col.

¶ Sed contra hoc facit qd̄ dixit Bal. in. c. j. in titu. quot testes sint neces. ad proban. inue. ꝙ si dominus feudi qui nō potest facere inuestituram nisi cū certa solēnitate postea asserat se inuestituram fecisse solēniter credatur tali assertioni ad qd̄ facit glo. in autē. rogati. C. de testi. dū refert opi. Jo. ⁊ Azo. ꝙ dispositio. l. testiū in fi. C. de testi. que vult solutionem debere probari per quinqz testes non habere locum si agatur de probatione confessionis que emanauit super numeratione qr non agitur de probādo imediate id super quo lex requirit naturam quinqz testium sed per medium cōfessionis. sed respondet Are. loco preallega. in. v. col. ꝙ illa decisio non est vera. Item ꝙ testator non potest etiam ex post facto renuntiare iuri eum astringenti ad solēniter testādum est enim solēnitas testamētaria iuris publici cui renūciari nō potest vt habet̄ i. d. l. nemo pōt. ff. d̄ leg. i. ⁊ dixi. s̄. qs possit dare ⁊ tollere formā. Item sm Are. vbi. s̄. in. iiij. col. refert an lex requirat solēnitatem probatoriam et vltra procedat ānullādo et tunc procedat quod dictum est in testamentis an vero nō procedat anullando et procedant contraria. Et ex his ꝯstat quando sit credendum asserenti se fecisse actum solemnem ⁊ quādo credat̄ confitenti actum solēniter factū p aliū vel inter se ⁊ alium.

¶ Et hic etiam est aduertendum ꝙ licet quis confiteatur factum et hoc non videtur fateri solēniter factum ita ꝙ cōfitēs testamentum fuisse factum non censeatur confiteri illud fuisse solēniter factum vt notatur in. l. ij. C. de bo. pos. sm tab. et dixi. s. in probatione solēnitatis per testes qd̄ est intelligēdū nisi quando solēnitas presumitur quod quando sit dictuz fuit s. eo. circa presumptiones solēnitatum quod non procederet vbi scriptura requireretur in contractu ad necessitatem pbationis tantum quia posset fieri probatio per confessionē q̄ potius esset releuatio ab onere probandi q̄ꝫ species probatiōis vt tradit Nico. de matn. ⁊ in auteā. sed nouo iure. C. si cer. pe. ⁊ sequitur Are. in. d. l. heredes palam. in prin. iiij. col. C. d̄ testa. dicens ita posse intelligi dictū. l. fina. C. de fideicom.

Solēnitas pbat̄ p scripturam.

¶ Per scripturam etiam probatur solēnitas puta si de testamento est facta scriptura per manum publici ⁊ autētici notarij continens numerum septem testium nam dato ꝙ oēs testes sint

stes sint mortui talis scriptura de per se probat vt ē gl.in.l.ij. in princi.in glo.iij.ff.quemad.testa.aperi.quam glo. Bar.⁊ cōmuniter docto.ibi sequuntur et Bart.in.l.j.in.iij.lect.vbi etiam Bal.in.j.col.C.de testa.vbi Ange.⁊ Saly.dicūt illaꝫ glo.esse ad hoc singularem sed plenior est glo.in.l.si.in ṽbo ostenditur.C.de fideicom.vbi dn̄s meus Jas.in fi.commen. Et Ange.in.d.l.j.in fi.cōmē.C.de testa.in lect. Florētina.dicit qđ Bart.eo audiente faciebat multum notari dictā glo. in.d.l.ij.ff.quemad. testa.aper.

¶ Et exemplū notarij traditum in forma autentica ita ꝓbat sicut originale seu ꝓtocollum ſm Bar.Ang.⁊ docto.in.l.si quis ex argentarijs.§.pretor ait.ff.de eden.⁊ Bar.⁊ doct.in autē.si quis in aliquo.C.de eden.⁊ cano.in.ca.albericus de testi.⁊ Jmol.in.l.si.ff.quēadmo.tes.aper.vbi loquitur in copia testium et de materia late habetur in.c.si.de fide instru. vbi plene Feli.Et hoc procedit etiā si actus exigat scripturā ꝓ forma ⁊ solēnitate vt habet in.d.autē.si qs ī aliquo vbi Alexā.⁊ ꝑ doct.in.l.publicati.vbi dn̄s me⁹ Jas.l.iij.col.C.ð test.

Ꝗ nō interuenerit solēnitas quomodo ꝓbet

¶ Et econtra ꝙ non interuenerit solēnitas vel forma etiam probatur per scripturam vt per Panor.in.c.j.in.iij.notabili de fide instru.vbi dicit ꝙ substantialia iudicij an interuenerint ꝓbatur ex inspectione actorum de quo etiam late habet l.c.quoniam contra de proba.⁊ dixi.ṡ.eo.tractando ꝙ presumitur pro sententia in limitatione ⁊ꝙ qs non sit matricular⁹ ex inspectione matricule.⁊ꝙ quis sit promotus ad sacros ordines non assumpto subdiaconatu ex eo ꝙ de scriptura subdiaconatus non apparet cum littere seu scriptura sint de substantia.c.legum.ij.q.j.⁊ de cleri.pere.per totum ⁊ cum hac opinione transit Bal.in.l.cum proponeretur.ff.de leg.ij. dicens ꝙ illud quod non apparet per scripturam in actu in scriptis redacto presumitur omissum ⁊ non fuisse dictum vel factum de quo etiam per Bal.⁊ docto. in.l.errore.C.de testa.

¶ Et si testes testamentarij non facto instrumento de testamento sint per iudicem examinati citatis citandis et publicati talis scriptura vti publica probat testamentum ⁊ solēnitates.l.publicati vbi doct.C.de testa.

¶ An autem probetur solēnitas per verba enunciatiua instrumenti vel narratiua instrumenti.j.dicetur.post sequentē versiculū.Est etiā circa hanc materiā an per instrumentū probet solēnitas act⁹ puta testamēti inspiciēdū an nominētur testes oēs vel non qꝛ si testes omnes nō sunt nominati in instrumento vt quia dicatur Titius condidit testamentum presentibus titio seio ⁊ alijs quinqꝫ testibus vocatis ⁊ rogatis nam tunc non probatur testamentū esse solēne quia possibile esset ꝙ alij quinqꝫ non nominati non essent habiles pro testib⁹ testamētarijs ſm doc.in.d.l.heredes palā l prin.ff.ð testa .vbi pulchre Jmol.⁊ Are.l.iiij.col.dicētes hoc eē de mēte Bal. ⁊ Ange.ibi ⁊ tunc essemus in materia an solēnitas testamēti probetur per duos testes quā.ṡ.examinaui vnde ꝙ instrumētum probet solēnitates testamenti ꝓcedit quando notari⁹ sub eadem die ⁊ loco exprimit nomina septem testiū pro cui⁹ materie pleniore intellectu. Jmol.in.d.l.heredes palā.in prin. cum quo ibi transit Fran.de are.format multos seu q̄ttuor casus dicens ꝙ quandoqꝫ notarius in princi.apponit millesimū

Testes sūt in instrumē to nominandi.

mensem ⁊ diem.⁊ postea dicit pateat omnibus hoc instrumētum inspecturis sicut talis tali die ⁊ tali mense fecit testamētum tenoris infrascripti coram septem testibus ⁊ notarius in instrumento de quo agitur dicit de alia die ⁊ de alio mēse q̄ꝫ supra posuerit ⁊ tunc hoc casu si dicit se rogatuꝫ de instrumēto corā duobus vel tribus testibus non tamen probabit quia cum in hoc secundo instrumento referat aliud instrumētū testamenti dudum confecti vel tenorem testamenti confecti añ sequens instrumentum istud sequens instrumentum non potest probare voluntatem testatoris nisi constet de relato arg. autē.si quis in aliquo.C.de eden.etiā si nomina testium septem coram quibus dicit factum fuisse exprimat vt in .d.autē. Jmo videtur ꝙ etiam tunc non probet solēnitatem vt dixi in ver.prece.circa probationem solēnitatis per confessionē qꝛ in effectu tabellio attestatur de dicto testatoris asserentis se solēniter testatum non autem asserit se presentē fuisse illi solēnitati.⁊ ideo secus in duobus testibus qui deponunt se fuisse presentes qñ actus fuit celebratus coram nūero septem et per hoc patet idem dicendum si notarius dixit expresse de assertiōe testatoris vt qꝛ dixit pateat omnibus inspecturis hoc testamentum ꝙ talis testator asseruit coram septem testibus se fecisse testamentū ⁊c. Quādoqꝫ vero notarius dicit in subscriptione se rogatum coram septem testibus quos exprimit: ⁊ tunc si in principio posuit aliam diem in qua in effectu se rogatum dicit diuersam ab illa in qua dicit testamentum fuisse factum.vel dato ꝙ exprimat eandeꝫ ponit diuersos testes in subscriptione ab illis coram quibus dicit testamentum factū fuisse ⁊ tunc non ꝓbat illud quod asseritur per.d.autē. si qs in aliquo fatendum tamen est ſm Jmol.vbi supra ꝙ dicta ṽba tā̄ꝫ enunciatiua principaliter propter se prolata inducerent dispositionem iuxta.l.ex hac scriptura.ff.de donatio.qđ an sit verum dixi.ṡ.eo.circa probationem solēnitatis ꝑ cōfessionem vbi aūt in princi.instrumenti apponit diem:sꝫ postea cum dicit testamētū factū fuisse nullā apponit diem:tūc si dicit illud factū coram septē testibus nec nominat eos tunc presumi potest ꝙ sint illi idem de quibus fit mentio in subscriptiōe et licet verba sint preteriti temporis presumatur actū tunc factum per notata in simili in.l.post dotem.ff.sol.mat.⁊ sic hoc casu esset in effectu hec questio eadem cum precedenti. Si autem nominat expresse testes tunc si nominat eosdeꝫ quos subscribit idem dicēdū ē ꝙ in proximo casu. Si vero nominat diuersos tunc dicendum idem quod.ṡ.dixi quando diuersa est dies ita dixit Jmol.in. d.l.heredes palam.in prin. ⁊ sunt verba multum notanda ſm Fran.de are.ibidem.

Dictio ⁊c. an ꝓbet solēnitatem.

¶ Posset etiam hic tangi an per dictionem ⁊c.probetur solemnitas integraliter interuenisse vt si statutum velit respōdentē positionibus iurare ad sancta dei euangelia tactis scripturis ⁊ in actis sit scriptum talis iurauit ⁊c.de quo dixi.ṡ. eo.in regula ꝙ solēnitas extrinseca non presumit penul.limi.

Solēnitas an ꝓbet per priuatā scripturam.

¶ Priuata etiam scriptura est quādoqꝫ sufficiens ad probādum solēnitatem vt si de testamento nūcupatiuo sit facta scriptura manu testatoris vel alterius priuati ⁊ qui non sit notarius que scriptura sit autenticata per iudiceꝫ iuxta nota.in.l. publicati.C.de testa.probat vt ibi habetur sed tunc dicit scriptura publica vt ibi quādo autē priuata scriptura probet examinant Bar.⁊ legiste in repetitio.l.admonēdi.ff.de iure iu. et Cano.in.c.si cautio.de fide instru.

Solēnitas ꝓbat ꝑ sententiaꝫ in q̄ actus ꝓnunciatur solēnis.

¶ Per snīam etiam ⁊ arbitramētum probatur solēnitas interuenisse per casum econuerso in.l.si seruus plurium. §.j.ff. de leg.j.vbi Dy.et alij ⁊ glo.ac doc.in.l.stipulatio ista. §.j. ff.de verbo.oblig.⁊ not.Alex.in cōsi.cxxiiij.inci.discussis hesitationibus scđa col.j.volu.vbi tenet ꝙ talis sententia lata ꝫ aliquem nocet eius heredi ac substituto prout etiam dicetur j.eodem de sententia lata super defectu solēnitatis ꝙ probet defectum ⁊ alijs preiudicet faciunt que dicentur.j.in sequenti questione tangendo an per verba narratiua sententie ꝓbēt tam solēnitatē quam narrant q̄ꝫ reliqua.

Solēnitas an ꝓbet per ṽba narratiua vel enunciatiue prolata.

